testimonibus suis nota sedibus et in Charta hujus anni sic scribitur:
Fiat missa de una pro certis personis que notabilem elemosinam
contribuere voluit pro erectione nove domus extra civitatem
^{Olomocium} Olomocium: nunc tamen in ipsum ^{Olomocense} ~~ducentum~~ oppidum
est translata.

Aegidius aurifaber domus Montis Sion in Islandia prope

Algidius
Aurifaber Sicilie
de Zirizae
laudatur

Zirizae, vir tuus Doctus tuus Devotus, tumque etiam Spiritualibus laboribus intentus, pecuniam more servi nequam Sudario involvere atque inerti sese otio tradere (quod vitiorum omnium fomes est) noluit. Itaque multiplicationis Divinis talentum referre ad suos cognomini respondere satagens curae fabricatus est opuscula in quibus est opus singulariter Devotum de Cartusiana laude in quo frequenter Deo gratias agendas et nunquam dissimulandum esse obligationem inculcat. Extant eius etiam sermones de benivolo et sanctis per totius anni circuitum. Opus itidem exemplorum utile ac splendidum velut aurum. Eandem proel multa ab eo fabricata, terras quietata morte reliquit celeste templum ex auro et gemmis a Summo apifice fabricatum adivit. Anno nimirum sexto et sexagesimo proel mille quadringentos. Hoc Sutor.

In presenti anno ambo Priores quibus Collectio Capiti generalis expressis committi fuerant non venerunt ad Caput nec pro se aliquem miserunt ad supplendum pro ipsis ex quo non fuit modica verecundia ipsi et toti Capiti generali. Sed jam provisum est per novam collectionem Statutorum l. p. Cap. 29 ne in futurum tale quid contingat.

Quia intelleximus quod quaedam Dna militissa de Picardia obtinuit a Summo Pontifice licentiam intrandi omnia monasteria Ordinis nri cum quatuor mulieribus simul in qualibet septimana quod esset contra Statuta Ordinis nri si permitteretur. Ideo ad vitandum scandalum quod inde oriri posset monemus omnes personas Ordinis nri ut si ad monasteria Ordinis dicta Dominica cum aliis mulieribus declinaverit ex intrare voluerit nullo modo permittant intrare sed visditer se opponant sicut in Statutis nris est expressum.

Sic nostro tempore Dna Comitissa de Buren Vicina Monialium Ordinis nri in Gornay obtinuerat brevem a Summo Pontifice

quo licentiam illi dabat intrandi festa dictorum Monialium
quod fecit bis aut ter. Sed postea brevis examinatus a Superioribus
quod addebatur conditio si eisdem placere aut accederet consensus
plane, dicta Dux deinceps introitus denegatus est.

Carolus Burgundus
Dionantium evortit.

Hoc anno Dionantii Gallorum fini promissis, quam multum
apud Philippum precibus obtinuerant. Sed cuncta pacem rumpente
causae suos domum revocatos in ditiones Ducis Manur^{em} et
Hannoviam mittant pagos vicique incendunt, templa despoliant
omnia cadibus, rapinis incendia miscunt.

Majores Philippus quam unquam imperat copias, eas sub finem
Julii Manur^{em} convenire jubet. At plurimi se tardius
instruant quod superiori anno stipendia sua fuerant fraudati.

Quod et forte recumbenti Philippo nunciatum est. Accensus
vehementi fere ira mensam subito subvertit: qui fit,
inquit istud, quum ducenta amplius millia a peculio meo
propter alia impenderim, quis me ita regit? tanta erat iracundia
ut in apoplexiam incidere haud absque magno vita periculo.

Revaluit tamen exercitum que imperavit sub prena capitis.
Paulus Romanus Ecclesiae Episcopus aqua et igni ob redin-
tegritatem rebellionem Dionantiis interdixit. Rem divinam
apud illos fieri vetuit. Epus sententiam paganus Philippus
templorum valuit affici curavit.

Dionantii non minus Papae quam Duci contumaces, Cogunt
suos sacerdotes Sacris ut ante operari, nonnullos que recedentes
mosa flammis extinguunt.

Philippus Dux Carolo promisso ipse Carpentis Borussiae advocatus est
ut praesens ^{ex} ~~ex~~ profringens de hostibus vindictam spectaret.

Carolus ingenti exercitu Brionantum circixit, et decimo quarto obsidionis die hic est prostridit S Bartholomei expugnavit et solo equavit vel interfectis vel fuga dilapsis incolis universis. Semel atque iterum Carolus eos bonis conditionibus durante obsidione ad deditonem invitaverat, sed illi munimentis suis reliquisque que ad bellum necessarie sunt abundeque suis supplicabant, peti contemnebant Carolum et Philippum et ultro ^{etiam} conviciis pro more lacebant.

Hoc anno circa festum Gervasii et Protasii Sepultus est in Schuch Everardus Meeck civis Bruxellensis qui habebat filium hic religiosum de quo supra.

In octavis Assumptionis B. Mariæ habitu monachali Bonatus fuit et Joannes de Colonia sacerdos in domo fratrum dicta Nazareth.

In visitatione domus post festum S. Mathæi Martini et Gaspar Vicarius institutus est Procurator, et Joannes Brugne ex Procuratore Vicarius.

Cartusia X
Brusceducensis

Hoc anno incensum habuit Cartusia Brusceducensis anno centesimo revoluto destructam perhibetur. Sed ut speramus cum favore resurget Sed nunc capta civitate ab hæreticis spes plane evadit.

Committimus Visitationibus Provincie ut de nova plantatione quam quidam Dni Canonici in Brusceducis Ordini devoti prope eandem civitatem cogitant erigere, se informant, et si eis visum fuerit, posterunt aptatis fructibus prius ad hoc necessariis edificiis duas vel tres personas ad eam mittere.

Ex charta Provincia Rhani Priori D. Betsleem in Ruremunda non sit mia. Et fr. Dionysius proff dicta domus cum demper per Priorem Gandavi requisitus fuerit vadit ad novam plantationem conceptam prope Brusceducis ad Ordinis voluntatem.

Missa inguncta pro certis magnis fautoribus et benefactoribus Ordinis qui ad notabilem summam florentiam impendendam se obligaverunt

Domus in Itingem et jam in parte tradiderunt pro nova plantatione Dⁱ Sⁱ Laurentii in Itingem. Et pro certis aliis qui notabilem elemosynam contribuere volunt pro erectione nove domus quantum ad structuras extra civitatem Olanctium de quibus supra ~~memoravimus~~ ^{meminimus}.

X Anno 1467 die 7 februarii post completorium obiit hic fr^r

Simon Hunchere
Donatus

Simon Hunchere de domo Sylva, sed primo anno aut circiter postquam huc venit fecit utrum et factus est Donatus hujus Dⁱ Beatus Gandavi. Pastor et Portarius et multum diligens et sollicitus circa curam infirmorum qui die moratus fuit Rome ubi

pius - obediens

ubi habuit tres uxores. Multum obediens quod patet ex hoc quod dixit: Si Prior meus juberet me intrare sepulchrum ut ibi morer, libenter statim facerem. Unde etiam exus patet bona et

simplicitas et devotio

secura conscientia. Devotus in divinis licet illiteratus magnam enim devotionem habuit in exatu Divini officii, ita quod simplex diceret utinam possem in celo audire fratres cantantes. Obstinuit a carnibus circa finem vite. Satis deformis sed pulcher mortuus.

Abnoldus Kalki
recipitur

Prima die Maii Institutum nostrum amplexus et frater Abnoldus de Kalko de Ducatu Clivensi; fuit fr^r in Nazareth cum D. Joanne de Colonia, sed necdum erat in sacris. Multum profectus fuit domui illuminando libros etiam exteros. Fuit Sacrista ab Soranii Vicarius.

XI Aprilis facta est Concordia inter Captum Sⁱ Guduca et domum nram Super Decimis.

Domus Monialium
Prati mollis combusta

Intimamus Personis Omnibus Ordinis exum lamentabilem Casualis incendii Domus Monialium Prati mollis Ordinis nri que una cum adjacentibus sedificiis ad nihilum redacta est.

Ornamenta ecclesie, libri vestimenta sacerdotalia, candelabra flanda
 provisiones et alia bona combusta sunt. Et dicta domus non potest
 reparari sine adfuturo Ordinis: Ideo exhortamus omnes Ordinis Priores
 in visceribus Jesu Christi, ut velint predictis Monialibus in tanta necessi-
 tate eorum misericorditer subvenire, elemosynas eis largiendo et mittendo
 eas ad captum generatim futurum. Propter istos movemus ut istum
 casum velint exponere aliis Onibus tam ecclesiasticis quam secularibus
 de quibus spem habebunt recipere aliquas elemosynas pro restoratione
 dictae domus.

Domus S. Marci
 a Vedane incorporatur
 Ordini

Novam plantationem S. Marci de Vedane prope Bellunum Ordini nro incorporamus
 in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. quam plantationem domum S. Marci de Vedane
 nominamus. Exiit in Provincia thuseia.

Joannes
 de Brunswic
 Prior Romanus

In charta quoque hujus anni habetur Joannes de Bruns Wyk Prior D. S. Crucis in Urbe, qui
 abbas fuit prior in domibus S. Laurentii de Padula et S. Martini prope Neapolim. Puto enim
 esse cujus fil mentio in Bibliotheca Certusiana scripsisse meditationes scientissimas pro
 missa et canonice intellecta. Quamvis ibi dicatur prior fuisse Prior C. Argentoratensis,
 nam cognomen germanicum facile illud persuadet.

Philippi Boni
 Principis nri
 obitus

Eodem anno 2^a die Pentecostae Ducissa Isabella misit hac centum quadraginta quatuor
 coronas pro quinta celta complenda cujus primarium lapidem posuit Onus de Charlois
 filius eius. Hoc contigit circa obitum Oni Ducis Philippi; Anno 1467 decimas septima
 calendis Julias Philippus Bonus Burgundie et Flandriae Dux, Flandriae Comes etc
 moritur Brugis aetatis anno 71, Imperii 19. Atque apud Certusianos Divionenses (quorum
 cenobium Philippus Aduax eius abbas fundaverat) in familiari sepulchro recunditur:
 postquam Brugis in Beati Cononiani fuerat ei fuissent peroluta, mille et sexcentis
 in eius funere totis ardentibus. Sepulchro appensi posset, tale a Loricis inventum Chronographicum:

Luis fileh, inquiris, Sub Divite Moar ~~sole~~
 Sub eius pedibus didicit se ~~Quar~~ ^{Sedere} Gallus.

Cor Philippi Boni auro et argento decoratum missum fuit ut petierat Hierodolymas
 in locum Calvarie in ecclesiam Dominicam Resurrectionis per ipsum Atrebatensem cum
 magno conitatu et pompa muneribus que ac cimeteria Verum alibi legi non
 potuisse ipsum ultra Venetias procedere, ideo Romanam veritas ac cor Principis
 in Vaticano reposuisse

Leivitia

Reliquit parate pecuniarum quadraginta aureorum - libiatorum millia
argenti non signati marcas hoc est semilibras septuaginta duas
supra septingentes; atque supellectilem ad bis decies seu vicies centena
aureorum libiatorum millia aestimatum.

Prolem vero unicam legitimam reliquit ^{superstitentem} Carolum Carolii
Comitem ex Elisabetha Lusitania tertia conjugis susceptum.

Wothos autem quam plurimos.

Carolus Audax

Carolus cognomento Audax Philippi Boni et Isabelle Lusitania
fillius succedit in paterna dominia. Is bellator summus fuit
ac summis Regibus formidabilis, justitiae religionis que cultor.

Dum Gandavi inauguratur populari dissidio turbis inspectis
Ducem percellerant quae antiqua privilegia reputabant.

Hoc anno et mense ex Cartusia missa fuit Dionysius a Riechel
propter excellentiam Sanctitatis et Doctrinae (per anthonomariam
cognomento Cartusiano) ut se conferret Brusellorum ad
initium ibi domum Ordinis. Praesat tunc universo Ordini.

R^o Pater Joannes Roersdal patria Neomagensis. P^o aptissi-
mus huic seculo et negotio qui et Designatus ad hoc videtur
a Deo Divinitus, ut nascentem hanc plantationem et
provinciam promoveret; scribit autem ad Priorem C^o Ruremonde
in hunc modum:

Pater Joannes Prior majoris Cartusiae q^o b^o fratri in Christo
Priori domus de Bethleem in Ruremunda Ordinis tui
Salutem in Domino sempiternam et per meritum obedientiae
regnum promereri gloriae sempiternae.

Litteras vestras, litteras que Procuratoris domus vestrae, nec non

Copia Committimus litteras s. Dionysii monachi dicte d. Vestre super nova plantatione prope Buscobus
 de mittendo Dionysio a Riekel ad requirere ^{jam inchoata recepimus in effectu continentes quomodo in ipsa plantatione}
 nova plantationis prope Buscobus: ^{jam edificata est una capella} ~~multa jam constructa~~ et quinque celle pro habitatione
 religiosorum, et alia edificia multa jam constructa, qualia etiam
 jam sunt data ad opus dicte nove Plantationis, quantave promissa
 a diversis personis, cum quanto etiam desiderio ^{Johannis} Vir ^{Henricus} Ludolphus
 fundator dicte nove Plantationis anhelet, ut illuc mittatur persone
 Ordinis, ita ut de nimia dilatione hoc faciendi jam tristetur. Omnibus
 itaque his et aliis in dictis litteris extensius expressis bene consideratis, et
 attento per maxime quod nomen dictus fundator et alius ^{Johannis} Vir
 Magister Martinus epus cooperator, verum etiam populus cum magna
 devotione unam plantationem Ordinis nri in patria sua habere desiderat.
 Auctoritate nri Capituli generalis tenore presentium Vobis committimus
 mandamus quatenus ad dictum locum vos personaliter transferatis, et
 dicto Henrico Ludolpho fundatori principali et d. Martino epus predicto
 cooperatori vos presentatis, et locum predictum cum omnibus pertinentiis
 suis, possessiones, agros, nemora, prata, redditus et quaecumque alia bona
 immobilia et mobilia jam oblata et offerenda ex parte Ordinis acceptetis
 ad opus et incrementum prosperam dicte nove Plantationis. Et
 quia nova plantatio ^{predicta} indiget uno bono Rectore, auctoritate predicta et
 cum consilio totius domus nre constituimus in Rectorem dicte nove
 Plantationis L. Dionysium predictum, qui in dicta nova plantatione
 a principio laboravit et pro ceteris facta epus cognoscit, pariter et
 intelligit. Qui per nos sic constitutus Rector, regimen dicte nove
 Plantationis pro merito obedientie humiliter suscipiat ^{ipsamque} plantati-
 onem in spiritualibus et temporalibus structuris et aliis

ad eam pertinentibus regat, ordinet, disponat, dirigat secundum
 Ordinis nostri instituta cui per presentem Damus licentiam exorandi
 ad Dicos et Magnates, atque ad alios cujuscunque status vel
 gradus extiterint, ubicunque eos contigerit, et quoties opor-
 fuerit ad tractandum cum ipsis, ab eis que impetrandum licentias
 gratias, seu privilegia dictae novae Plantationis necessaria, seu
 accommodata, nec non ad recipiendum quaecunque fuerint data
 et concessa profervamine ampliori, ceteroq; incremento, ac
 prospero successu dictae novae Plantationis. Insuper Damus
 ipsi licentiam ut cum Consilio vestro possit eligere de aliis
 Domibus tres monachos qui sint religiose conversationis,
 viros probos, exemplares, et Ordinis zelatores ad promovendum
 in dicta nova Plantatione sanctae Religionis fundamentum
 et bonum principium tam in cultu Divino quam in observantia
 Ordinis ad honorem Dei et salutem omnium in dicta Plantatione
 Dico Dei in futurum recipiendum et ad bonam edificationem
 fundatorum et totius populi. Qui monachi per eum sic electi
 et vocati ad dictam Plantationem sine mora habeant se
 transferre cum hoc sit de more Ordinis et practica laudabili
 in Ordine consueta, ut ad novas Plantationes viri religiosi
 et exemplares de aliis Domibus semper eligantur et mittantur
 et potissime in hac nova plantatione hoc est observandum
 ut sicut Dico Dei in temporalibus jam accepit tale principium
 gratia Spiritus Sancti dirigente in dies ampliore in spiritualibus
 habeat profectum. Insuper Damus ei licentiam recipiendi
 in aliis Domibus duos Donatos bonos et utiles, quos judicaverit

Dicta nova Plantationi esse necessarios et generaliter omnia alia facienda, ordinandi tractandi et procurandi que epi discretioni esse utilia convenientia, necessaria et accommodata ad decus nove Plantationis cum consilio tamen Monachorum ad dictam plantationem evocandorum prout est de more Ordinis. Laudabilis. Datum Cartusie Die 3 mensis Julii. Anno 1467 cum impressione sigilli. Dicitur domus nra in testimonium premistorum.

Constat ex domo Ruremondana coloniam huc fuisse aductam quod ex chartis Capituli deprehendi potest. In quibus eidem facultas datur in hac domo secundo proficendi.

Profecti sunt prope eofere numero et modo quo primi Patres initiatorum Ordinis nri Noster Cartusie consecraverunt, nempe cum septem numero cum Priore domus qui eos comitabatur. Interim ad illorum adventum excitatur et exhilaratur civitas et vicinia tota, praesertim agrestis et simplicior populus, qui de B. Patre Dionysio opinionem eam Sanctitatis conceperat, et cum eum describere vellet non aliter nominarent quam hominem qui cum angelo loqueretur.

Quocirca in villam Ollandiam, que circiter quindecim passuum millibus ab urbe distat, quamvis locus et prima facie domus a horrentior a solitudine et quiete videretur, erat enim publice viae contigua quod incommodum statim offendit eos.

Bellum Leodiense

Defuncto Duce Philippo neque pacis oelenia neque obsidum suorum memores Leodenses adversus suam Episcopum suum a Ducem Burgundiae Carolum rursus rebellatum freti et subsidia gallicis

ut pote quibus Ludovicus Rex Gallie ^{sex} millia pedestum et quatuor centa-
rias equitum subsidio misit. I. Rudouei oppidum premens
capitulum deinde Hoyum et Episcopum profugum qui Brucellis
ad Carolum Ducem se recepit cum civibus Hoyensibus qui
eum sequebantur.

Interea temporis Pontifex Romanus Paulus 2. propositis largi-
tissimis indulgentiis Carolum et cohortatus ut gentem rebellem
ad uniuersam Ecclesie obedientiam Epi sui reduceret.
Iui faciales suos Leodium promisit altera manu ardentem
facem, altera strictum gladium proferentes quo declararent
Carolum Ducem praefatos rebelles (nisi obediant) ferro, flammisque
persecuturum.

Leodienses hic minis nihil deteriti in proposito persistent
contra quos Carolus exercitum validissimum contraxit,
et dum obsideret I. Rudouem circa festum S. Simonis et Iude
S. Antonius Bastardus Burgundie se contulit cum copiis
Preringas, ut eam civitatem incendio consumeret, in iudicium
Ducis Philippi patris sui. Audita enim Philippi morte
oppidani hi alvaribus veluti campanis compulsarunt ad
eius exequias, veiferantes contumeliosi Diabolum antiquum
obisse, et alia conuicia eousimili sensuilitate seu ilitate quam
plurima adficietes. Hanc igitur contumeliam ille ut
ulceretur civitatem totam flammis ^{absumpsit} ~~absumpsit~~.

Leodienses male pugnant ad I. Rudouem ad non longe a ^{Leodium}
monasterio S. pperendi S. pperendi. Carolus victor versus ~~civitatem~~
^{movent} et civitatem erigit obsidione erigit. Leodienses in ortum

1468

Conclusei seditiones faciunt salutem Duntaxat prae reliqua
omnia Ducis arbitrio permittunt. Qui decima septima die Nov.
cum Ep'o Leodium ingressus est armatus dextera manu strictum
gladium tendens quo appareret suo auxilio Epum in sedem
suam instituisse. Convertamus nos ad facta Ordinis.

Moniales
dicunt non
in parentibus
sed in misericordia Dei
et Ordinis confidere

ANNO 1468 in Capto rursus recommendantur Moniales
Prati- Mollis his verbis; Casum lamentabilem dⁿⁱ Monialium
Prati- Mollis anno praeterito combusto, ad mentem Patrum Ordinis
iterato reducimus intimantes eisdem quomodo a tempore illius
casualis incendii, ipsae Moniales habitaverunt et adhuc habitant
de proserdi in uno cellario dⁿⁱ in magna paupertate et miseria
ita ut potius dici debeant langere quam vivere. Insuper illud
quod habuerunt ab Ordine, fuit expositum in reparatione domus.
Pro suis autem necessitatibus habendis oportuit vendere animalia
et ultra hoc recipere ad credentiam; ita quod sunt in magna
necessitate et nesciunt quid facere. Nam de parentibus suis
et aliis vicinis de quibus erat aliqua spes non fuit qui
manum eis porrigeret, nec sperant nisi in misericordia Dei
et Ordinis. Est quia laboratum est ad reparationem dictae dⁿⁱ
et ex eis quae Patres Ordinis huc anno dederunt est bona spes
quod in brevi dicta domus reparabitur adjuvantibus adhuc
Patribus ^{ordinis} in suis elemosinis. Eo propter omnes et singulos Priores
omnium Provinciarum Ordinis exhortamus in visceribus d. N.
J. C. ut intuita pietatis in tanta necessitate velint ad repara-
tionem dictae domus manus porrigere ad fratres et sum gratiam

sibi datus elemosynas mittere per Visitatores Provinciarum quibus committimus curam et sollicitudinem dictas elemosynas percipiendi et mittendi.

Propter aliqua pro bono totius Ordinis in Curia Romana impetranda, Ordinamus ut quod qualibet domus Ordinis solvat anno futuro unum Ducatum.

Erant aliqua questus de indulgentiis de quibus sequenti anno.

Curia in multis domibus Ordinis festum Visitacionis B. Marie Virginis celebratur, ut uniformitas in toto Ordine observetur ob reverentiam et honorem gloriosae Virginis Marie et propter indulgentias promerendas a felicis recordationis Eugenio Papa quarto concessas Ordinamus quod in singulis domibus Ordinis dictum festum Visitacionis Virginis gloriosae secunda die Julii solemniter celebratur per omnia sicut festum Nativitatis ejusdem, nomine Nativitatis in nomine Visitacionis transmutato, sed loco evangelii liber generationis legatur evangelium Evangelium Mariae etc...

Circa hunc annum floruit D. Hermanus de Rudisheim alumnus ac prefectus Cartae hie Herbipolensis, Francieque Visitator Provinciarum, vir admodum religiosus ac regularis disciplinae Relator eximius. Scripsit meditationes de Passione d. N. Jesu Ch. In Schuch monasterio feibank prospere erecta lapideam pro nova ecclesia. Cimiterium ampliatum et consecratum.

Quidam Antonius non perseveravit in statu Conversi.

Dux Carolus hoc anno Peronam se contulit ubi honestis sine legatione rogatus Regis colloquium admisit

festum Visitacionis
B. Virginis

Hermanus de
Rudisheim

30 Octobris Leodium
expugnatur in Dominica
qua cantabatur missa
Introitus Justus es
Domine

Civitas Leodiensis
succensa fuit proter
Canonorum octo Col-
legia monasteria
et templa et ades
Sacerdotum quae
causa fuit ut cito
restaurata fuerit

Colligere foederi restaurando. Et ecce constans fama Eboracensis defectionis occurrit
Leodienses iterum furere Borbonicum Principem cum Imperatoris detestari.
nihil vero sine Galli Regis instructu perpetratum esse. Bellicosus Regem
observari jubet. Rex juratus se harum rerum omnium ignarum esse promittit
se una cum Carolo ad evadendum Leodium profecturum. Leodienses fortiter
tantorum Principum violentiam sustinere, confederati Regis infuriam injuriam
devovere, et mox perfidiae vindices subita excursionem tentorium Principum
invadere, Regis perniciem conclamare, sed egregie progurgante Carolo retrocedere.
coacti nullum magnum facinus admiserunt quam agenda in solentiam Colligere
urbis excidium consecutum est, promissa caedes facta, templorum etiam
direptio, quod tamen ne omnino fieret Burgundus edicto coarctat, qui militares
offensas sua quoque manu ultus est. Injuriam injuriam et indignam
existimans delectis hostibus in Deum et sacra bellum convertere.

Margaretam Ducis. Fatigatum Principem et periculosa obediencia defunctum Margaretam Eboracensis
Eduardi soror thalamo recipit, cum qua ante hanc expeditionem nuptias
contraxerat quas regali magnificentia instructas Brugis celebravit.
De his nuptiis Suffridus Petri. Anno 1468. circa festum S.
Joannis in junio Carolus Burgundus in uxorem duxit
Margaretam de Forca, filiam Radardi Ducis de Forca sororem
Eduardi Anglorum regis, foeminam ut eventus docuit
omnibus virtutibus ornatum quae cadere in mulierem
possunt. Ex qua tamen liberos non suscepit.

Bellum recruduit
cum Rege Francie

Rex Gallie Leodio clam aufugit in terram suam et retrahit
quicquid oppidorum Carolo dederat superiori pace Peroneni.
Peronam scilicet, ^{et} Ambianum et ceteras.

Bellicosus perfidiae ^{rumore} percutus in Ambianos movet, ubi cum

longa obsidione nihil proficisset promotis Castris Moyellam et
Rogam expugnata, Bravacum frustra tentat. Normanniam
depopulatus, receptis in fidem oppidis quae eis Rotomagum erant.

X Dum in hac obsidione versatus Carolus Dux, oblatum fuit illi
libellus supplicis pro erectione dⁿⁱ Ordinis n^{ri} prope Buscoducum.
Requiritur enim necessario consensus Ducis Brabantiae. Et
nescio quo errore factus, est status in principis ~~est~~ non facit
expetitus. Cogitabant Cartusiani primum locum Deserere et in
aliam villa sibi data a fundatore vocata Eyckendonck edificare.

X Praeoptulissime et gratiosissime Princeps, petunt humillime et
affectuosissime Illustris Dux Arnoldus Dux Geldrensis et Juliacensis
et Comes Sulphariol etc, et totus sanctus Ordo Cartusienfis a vera
v^{ra} gratuita celsitudinali licentiam et admissionem ~~et~~ gerendi
parvum Monasterium 12 Monachorum et familiae competentis
Ordinis Cartusienfis prope Buscoducum, fere per distantiam unius
laeuae vel dimidiae, in quodam loco ^{quereto, vulgo} dicto Eyckendonck, et in elemosynis
per dictum Duxem Geldrensem filiumque eius ac Illustris Ducem
Clivensem collectis, et specialiter a quodam sacerdote quondam
Canonico Buscoducensi. Isuper petunt humillime praedicti,
propter Deum et salutem animarum, licentiam possidendi et utendi
licite bonis iam habitis, et justis titulis gratuita Dei acquirendis
usque ad ~~faciam~~ sobriam ^{compudentiam} pro 12 Monachis et familia competente,
sed ad summam centum quinquaginta lib. flandr. grossorum annuorum
restituam. Sic tamen quod bona praedicta a feribus Principis
et Patris non eximantur, sed quod maneat cum talibus oneribus
quibus fuerunt ab aliis possessa. Ac etiam ^{eandem} novellam plantationem

Supplicatio pro
erectione C^{ae} Buscodu
ensis propria manu
Ducis Caroli
subsignata.

cum omnibus suis causis et negotiis in vestram ^{specialem} suscipere solv^o gardiam et
 protectionem. Insuper, petitur ut vestra Celsitudo dignetur de bona affectuione
 oblatum titulum et honorem Patronatus dictae Plantationis in se suscipere,
 ac eadem ut principalis fundator unum de sanctis cui magis afficitur in
 Patronum proficere et assignare qui Patronus et sanctus propter honorem
 quem v^{ra} gratiosa Celsitudo ei in hoc ostendet liberalitate eandem v^{ram}
 Celsitudinem ab inimicis, ~~et~~ postremo pacem et victoriam absque dubio
 dabit. quem Patronum desiderant predicti ut v^{ra} Celsitudo in
 hac secula propria manu signare et scribere dignetur. Non obstantibus
 in p^{ri}mis indulgentiis quibuscumque quomodolibet in contrarium facientibus,
 ad laudem Dei gloriose Virginis Mariæ et S^{cti} Andreæ et omnium
 sanctorum, et pro salute animarum gratiosa Celsitudinis v^{re} et pace.

Subscriptio

Fict ut petitur in honorem Sanctæ Sophiæ Constantinopolis civitatis
 Signat Charles
 Christianus Princeps

Inter tot turbas bellorum, non obliviscatur factura Imperii Orientalis
 quod occupabat Christiani v^{ost} inimicus turca atque contra
 eum libenter signa convertisset si a vicinis etiam ultro non
 fuisset lacessitus.

Le Martinus Domeranus bonorum memoria dignus alter
 Ludolphi collega Canonicus de suo nos similiter orario si
 non dicitur certe dicitur, voluissetque sub nomine Mariæ
 Aegyptiacæ domum hanc dedicari si non intervenisset auctoritas
 Ducis qui S^{op}hiæ domum nominari voluit.
 Videtur v^o Gerardus (qui foundationem hujus domus scripsit)

1468

1469

intinuare Dm Ludolphum villas quinque deditte aut pretium
ex quibus una fuit in Luercto (vulgo dicta den Eyckendone
ubi secundo edificavitur) Rex nri pro qua ^{ne} dedit fundator
Duo millia aureorum Rhevenium.

fundator Ruthemē
C^e moritur.

7 Septembris Anno 1468 Obiit honorabilis vir Vestanus Valet
fundator S. Salvatoris prope villam Franham Ruthemensem
Anno 1469 religionis ergo Fredericus Imperator a Paulo
Papa honorifice excipitur.

Ferdinandus Magnus Joannis Aragonii filius Isabellam
Henrici IV. Castellae & Legionis filiam conjugio sibi junxit
Ludovicus XI Galliae Rex Ordinem Equitum S. Michaelis
instituit. Indulgentiam in articulo mortis confirmata est
a Summo Pontifice, de qua sequenti anno declaratum fuit
in Capto non licere profiteri in alia domo nisi intentione
ibidem remanendi.

Excommunicati fuerunt qui personas Ordinis diffamarunt
qua tunc censura sequenti anno propter periculum aueritum
sublata fuit, non alia prae.

In charta hujus anni obisse scribuntur: Mobilis vir ^{dominus} Michael
de Sanderhagen filius fundatoris Dⁱ Pontis-Naris magnus
Relator et protector personarum Ordinis. Et Honorabilis vir
Vestanus Valet fundator S. Salvatoris prope villam Franham
Ruthemensem, (Anno 4 Septembris): quae domus quomodo jam
vocatur me adhuc latet.

Primarius lapis
ecclesiae in Schuck
ponitur

Hoc anno 1469 Cives Pascha Dux Adolphus de Clevis
nomine Principis Caroli posuit primarium lapidem

Ecclesia in Schuel destructa.

Fr^o Joannes Moens Bonatus admissus est ad Statum Conversorum.
Item hoc anno oratorium Principis ad parvam Casellam constructum
fuit. Bonus Joannes Groote filius Cancellarii Protestantis ad statum
Monachi admissus fuit octava aprilis. Qui fuit Procurator et Vicarius
hujus Domus.

#

Bionysius ^{q^{lis}} Pater et pater ac primus auctor D^e I. Josephi
perfunctus officio Rectoratus per tres annos petiit exautorationem
suam et accepit. Lectus est Bionysii successor vir vite honorabilis
Joannes de Monte perfunctus et ipse multis olim laboribus quos
pro Domo Dei sustinuit priusquam ad hanc coloniam veniret
in Cartusia Insula Reginae Celi prope Wesalianam. In qua multis
annis Priorem egerat, ex qua anuñctus est in decreto Capituli
generalis anni 1469. Ad hanc hanc destitutus et emissus est.
Unde error irrepressibile videtur in monumentis Carthusie Ultrajectine
Henricum Heet-Wyck (qui fuit Prior Ultrajecti fuerat) referunt
hoc anno institutum fuisse Rectorem novae Plantationis prope
13^{us} ^{Ducum} ~~us~~ ~~com~~ ~~itum~~. Putarem Procuratorem, nisi de Gerardus scriberet
hoc officio perfunctum sub Bionysio qui antequam discederet
habuit revelationem alio in loco construendum esse Cartusianam
Coenobium ubi Deo sanctificarentur anime, et laudes
cantarentur Divinae quod in Vucht factum est.

Circa hunc annum obiit nobilis vir Michael de ^{Senserbaym} ~~Senserbaym~~
filius fundatoris P^{ri}oratus Mariæ in Germania, magnus Relator
et protector personarum Ordinis.

Ad meliorem vitam
transiit Michael de
Senserbaym ex genere
fundatorum P^{ri}oratus
Senserbaym

Item de Marcello
Prior de Moquequina
a Comissarius Italiane

Hoc anno 1469 obiit de Marcello Prior de Moquequina et de forte
montis Visitatorum Rheni saltem secundus. Vir magnus
relator Ordinis et Universalis Clericus. Ipse fuit missus
anno quo supra ad visitandum totam Italianam cum D. Antonio
tunc Priore Avinionensi, postea Priore Certusid, et in ipso opere
obiit in Domo Neapoli in Octobri.

Eodem anno die SS Trinitatis obiit D. Alardus de Schoenk
Ordia profus de Capella. Antea fuit monachus Ordinis
Cisterciensis in Frisia et interfuit Concilio Constantien-
si fuit perquam 40 annis in Ordine et Magister Novitiorum
vir valde scrupulosus.

Cartusia Delfensis
fundatur

Circa hunc annum fundata fuit Cartusia prope Delfi in
Hollandia ab Wilhelmo B. Francione de Brabantia Comite
de Oostersant qui fuit ultimus maritus Duce Jacobo
Comitisse Hanonid et Hollandid etc et dotantibusque
octo millia Rheniorum. Subjunguntur copias facultatis
concessa a Pastore loci et Ordinario loci.

Littera consensus
Pastoris Ecclesie
S Hippolyti Martyris
in Delfi

« Universis presentibus visuris seu auditoribus Ego Aegidius
Jozz Presbyter Canonicus Ecclesie S Donatiani Burgundis
Curatus seu Pastor Ecclesie Parochialis S Hippolyti
Martiris in Delfi partium Hollandid Praefectus Diocesis
Illustrissimique Principis ac Dni Domini Caroli Ducis
Burgundid Brabantid etc Capella domestica Capellanus
Quia in commissa mihi pastoralis cura administratione
subditis meis, illis praesertim qui circa Ecclesiasticam disciplinam
ferventiores existunt et ad perfectionem diligentiores

tendere videntur, Cupio gratiosus videre existere Divini que Numinis
 cultum nec non animarum salutem promovere semper et augere.
 Notum facio per presentes quod ad priam petitionem nobilis
 Domini Domini Francouis de Borsalia Comitis de Oesteraut
 nec non venerabilium Patrum plurimum michi dilectorum
 Prioris ^{Domus} Capelle prope Angiam, et Prioris S^{te} Vallis-Regalis
 prope Gandavum Ordinis Cartusensis monasterium seu domum
 ejusdem Ordinis ad laudem Dei Omnipotentis et honorem Beati
 Bartholomei Apostoli prope Belgis infra limites Parochie mee
 erigere cupientium, Ut ibidem Cartusenses et quos duxerint
 eligendos Ecclesiam, Altaria Cementerium, ambitum cellas
 officinas et cetera omnia ad predictum monasterium pertinen-
 tia ordinare, fundare, erigere et tandem consummare. Et cum
 optimum fuerit eadem facere consecrari horasque canonicas
 juxta morem Ordinis exercere. Et ut Prior seu Presidens ibidem
 aut alius idoneus per eum admissis fratribus commensalium
 famularum et hospitum confessionibus diligenter auditis de
 commissis penitentiam salutarem imponere et eorum absolvere
 nec non ecclesiastica Sacramenta Corpori Christi videlicet et
 Extreme unctionis prefatis personis omnibus et singulis ministrare
 et ea in loco decenti conservare. Ut etiam in eorum Cementerio
 Fratrum commensalium familiarium et hospitum predictorum,
 nec non quorumcumque Christi fidelium sepulcrum ibidem
 diligentium decedentium corpora sepelire valeat et valeant pro me
 et successoribus meis gratiose indulgeo per presentes et concedo,
 Salvo quod pro qualibet persona extranea de parochia mea ibidem

Sepelienda solvetur mihi et successoribus meis pro tempore, una
 uncia argenti puri seu duo Loos vel valorem ejus in pagamento
 infra octo dies a die sepulture computata. Pro portione
 vero Canonica, ~~Pro portione vera canonica~~, ac pro indennitate ecclesie
 mee prefate et oblationibus et obventionibus quibuscumque singulis
^{annis} annis unum Loos cum medio vel valorem ejus infra octavas pasche
 bona fide realiter et in effectu solvere promiserunt in testimonium
 et rebus omnium premissorum sigillum cura mea sepedicta temp
 tibus duxi appendendum. Datum Anno Domini millesimo quadres-
 gesimo sexagesimo nono, secundo die Augusti.

Annus 1470

Confirmatio

precedentis Epistole

David de Burgundia Dei et apostolice Sedis gratia Episcopus Trajectensis
 universis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris, notum facimus
 per presentes, quod nos transactionem seu amicabilem compositionem
 factam inter Curatum et suos successores ^{Canon} parochialis ecclesie S. Hippolyti
 in Delff partium Hollandie nrae Diocesis ex una, et nobilem ac strenuum
 Dominum Francouem Comitem de Oesterhout etc. fundatorem
 domus Cartusienis prope Delff nec non Priores Monasterium tunc
 Conventuum Cartusianum prope Angiam et prope Gandavum
 super novo Monasterio Ordinis Cartusienis in dicta parochia
 fundando constituendo et erigendo in alteris partibus provide facti
 et in ^{libra} tra sigillo curati pro tunc existentis sigillata cui presentis
 nra confirmacionis et transfixe descriptionis auctoritate nra
 ordinaria, Ratificamus, approbamus et in Dei nomine confir-
 mamus decernendo dictam transactionem sive concordiam inter
 partes iudicata factam perpetuo valituram. Insuper ^{ut} dicti religiosi
 ceterique presbyteri ad hoc apti et idonei in dicto novo monasterio

tam in ipsorum monasterio quam domo infirmorum quam ceteris
 aliis juxta eorum statum et regulae exigentiam in locis decentibus
 ornatis et congrue adaptatis super lapideam consecratam Divina
 missarum officia toties quoties oportunum fuerit et necesse celebrare
 possint et valeant, interdictis excommunicatis exclusis ipsi Tenore
 presentium licentiam impartimus nostrarum testimonio litterarum
 Datum nro sub sigillo ad causas sumptibus appenso Anno Dni
 millesimo quadringentesimo septuagesimo, meridiana die quinta

Sic subscriptum
 J. D. Sleso

Initiator seu primus Prior hujus domus Delfensis fuit & Simon
 de Horeo professor D: Gandensis et postea Prior ~~et~~ Visitator Provinciae.
 Et tunc professor D: Capella ad inchoandam et inhabitandam dictam
 domum missi sunt, quorum primus fuit & Gaspar Van Stocken
 tunc Procurator nro D: Bruxellensis, & Joannes Gillaert, D.
 Andreas de Cornaco. Item Joannes Merchene magister & sacrista
 hujus domus. Inde contigit mutatio officialium in hac domo
 Bruxellensi. Institutus fuit Vicarius & Marcellus Voch et
 Joannes de Bruyne qui fuerat Vicarius fessus et secundo
 exercere officium Procuratoris, et Sacrista paucis mensibus fuit
 & Joannes a Colonia, cui successit & Arnoldus Calck
 Ad mercedem proe fundationis suae profuerunt supradictus & Francus de Bursalia
 Comes de Osterbant quia lego obiisse hoc anno 19 Novembris.

Obiit eodem anno
 fundator Certusie
 Delfensis

Externa

Mahumetis cuba Venetorum insula occupata Metropolitani epus Chalcedum solo occupavit.
 Anno eodem 1470 Comes Vermeus fugatus ex Anglia confugit ad Francos. Caesari qui
 exercere jurisdictionem exercere in nave Mercatorum terra Caroli, deinde stipatus
 Francis spectorem suum Edwardum cepit ex Anglia, qui venit ad Corolum

Indulgentia concessa
a Paulo II Ordini nro

Solemnitas
Conceptionis
B Virginis
Instituta

Contributio pro
domo S Crucis
Romae

Fortunam questus accepit ab eo militat, rediit, vicit regnumque decipit.

Non est tacenda gratia Pauli II in Ordinem nostrum: Antismancer, (inquitur Diffinitoribus Capli) personis Ordinis quod S. B. N. Papa concessit personis Ordinis plenariam indulgentiam semel in vita et semel in morte, sic quod quilibet possit eligere confessarium qui eum absolvat ab omnibus sententiis et peccatis.

Ob uniformitatem laudabilem in Ordine nostro observandam et praecipue in celebratione divinarum prout statuta nova manifeste voluit Ordinamus quod festum Virginis Mariae quod modo Ecclesia solemniter celebrat vi idus Decembris modo sub nomine Conceptionis per totum Ordinem universaliter celebretur quemadmodum alias per Ecclesias fuit determinatum non obstante statuto quod de Sanctificatione facit mentionem. Paulus enim Secundus festum Conceptionis B. Mariae Virginis confirmavit cum approbatione facti festi epus diei. c. 1 de Reliq. ⁱⁿ Extravag.

Cum R^{mus} in Christo Pater et D. D. Cardinalis S Crucis Protector Ordinis nri magnam curam habeat ⁱⁿ ^{instaurazione} S Crucis in urbe et graviter ferat quod in defectu reparationis ipsa domus de pnti est male disposita, cum Ecclesia dicta domus sit una de Patriarchalibus Ecclesiis urbis Romae. Et propter hoc scripsit affectuose ad propter honorem Ordinis habeatur respectus ad restorationem dictae domus. Et ipse pro parte sua de facultatibus suis vult notabiliter contribuere. Et propter insequendo piam intentionem ipsius nri Protectoris abente quod in dicta domo personae Ordinis habeant refugium suum Ordinamus quod tam pro sancto opere quolibet domus solvat

anno futuro unum Ducatum.

Circa hunc annum obiit & Nicolaus de Colatto Comes, ex fundatoribus
domus Montelli in Italia.

Et in charta hujus anni sic habetur: & Gudocus professor dicte
domus scilicet nra Luce de Gratia revertatur ad domum Montis Dei
sue prime professionis et ibidem habeatur pro professo.

Recipiuntur
ad Ordinem
tres juvenes

& Matthias Cergosteus alias Middelborch (filius fratris uxoris Dni
Joannis Middelborch qui eum adoptaverat in filium) Ordini
nomen dedit in nra domo^{de} Schuch quinta Augusti. Qui fuit
postea Prior.

Similiter habitum Ordinis assumpsit & Joannes de Roe
Bruxellensis in festo S. Hugonis.

Item fr. Joannes Pepercoren recipitur Conatus ad tria vota.
Hic ex D^o Rubce Vallis venit ad nos.

Eodem anno quidam fuit ex parte Principis ut Joannes Florentis
XV annorum reciperetur in domo vel ad triennium tres libras
grossorum darentur in subsidium studii sui quod tunc negatum
fuit, sed postmodum pro parte concessum, ita quod partem
expensarum ejusdem Joannis solvit domus Lovanii (quod miror
cum hoc tempore necdum domum haberemus in ea civitate, igitur
intelligentium fuit quod hoc domus dedit juveni predicto
pecunias Lovanii, studentis) Et partim elemosinarius Principis
et pater ejus & Martinus etiam aliqua solvit qui postea fuit
hic monachus.

Legatum Dni
Petri Fabri

Eodem anno & Petrus de Curia alias Fabri Capellanus
Anderlectensis donavit huic domui domum suam et ortum

concesso sibi et Joannol nepoti suo usu fructu praedictorum cum onere mantententiae.

Rochus Anglicus
Cartusianus Claret

Rochus Anglicus Cartusianus composuit pios varios generes versus aliasque plura. Claruit Anno Dni 1470. Vide Biblioth. Cart. Joannes Sher-Wodes Epus. Dunelmensis in Anglia exteras etiam Academias inivit Italiam praesertim unde exquisitorum quorundam auctorum graeca exemplaria studiosè venatus, haecque sumpta comparata in Angliam secum retulit. Quibus inter ipsum et Rochum quendam Cartusianum, virum pium et doctum magna amoris et studiorum conjunctio.

Corpora sanctorum Luglicae Lugliani gemina hactenus Liberi in feretro ligneo requievisse, in novum idemque argenteum affabre calatum ab Elizabetha Lusitana Philippi Regni vidua transferri curantur. Eorum solenne est festum apud Liberienses octobris vigesima tertia.

D. Joannes de Monte quondam Prior Verolien sis secusque Rector novae plantationis prope Bruscedulum Bruscoducum primo anno Rectoratus sui officio pariter et vita defunctus est. Sub eo et hoc anno 1470 tertia translatis ejusdem domus facta est in locum dictum Vuchb ubi erat domus et fundus Virginum sanctimonialium Orthensium quem ea communi consensu decreverant relinquere. Is locus commodissimus etiam suis aedificiis non inornatus coemptus fuit et ad usus nostros accommodari vertique cepit, ac maxime prouidet aeternae praesque memoriae

3^a tertia translatis
de Bruscoducensis

Beneficium
Abheydis Pieckia

Abheydis Pieckia. Hæc nobilis ex prima nobilitate Geldrinc
 nuptis viro similiter nobili L Arnulpho de Hollar Equiti armato
 que cum jure feudi amplissimas possiderat hereditates. Hæc titulo
 fere præstabat viro. Ut qui fortune terrarum esset et ditior virtute
 quam terrena possessione, a qua hic cum lotus penderet nihil
 volebat nisi quod ipsa velle. Patiebaturque sibi non gravate
 ab ea suggeri quid quid rectum ipsi visum fuisset. Illa
 igitur effusivæ charitatis habitis cupit immortalitatis et
 magni proorsus consilii mulier domestico judicio suo in
 consilium deliberationemque vocato pro maturatione consultatio-
 nem habitam cum viro suo concepta de cetera remuneratione
 ingenti fiducia decrevit res omnes suas charitati potiusquam
 aulatiõni transcribere constantique cogitationis hujus impulsu
 vehementius accensa non prius ab hoc proposito destitit quam
 Christum meruit habere omnium bonorum suorum heredem.
 Et nos, accedente Ducis Caroli consensu et Ill^{mo} eius filie Marise
 in eius rei fidem dedit tabulas ratificationis, testes Carolus
 in Abbacia S^{ti} Maximi prope Treveros existens xⁱ oct. 1473 et
 Maria residens Gandavi sⁱ Lauris anno 1476 ante Pascha.
 Cum supra dictum locum Urcht nostri sui juris fecissent
 Abheydis cepit statim edificare, cellas construere et locum ad
 formam Ordinis redigere in quo opere supra 24 centena aureorum
 legitur insumpsisse. Accessit operi vir eius qui prout ex antiquis
 chartis constat octo cellas instituit summo ac raro opere quarum
 extant adhuc hodieque aliquæ solide et integre

Cum reliquis quod cellis immiseret edificio in quo testeya fuisse
 lateri apparet tanta altitudinis. Ut vix putem in Provincia
 tam magnifici ^{operis} domum extare; ubi etiam in cippo videmus
 adhuc Struclphi et Soleydis insignia. Sed nihil gratius
 visum est eis quam situs et fluvius qui domum alluebat
 quamvis si vera volumus nihil illo periculosius, ut pote qui
 molle vehiculum ^{semper} desuper fuit, stratariorum et scapharum
 que et decurias totas male feriatorum amicorum postmodum
 in domum invexit. Unde et illa lacrima.

Fuit D. Joanne de Monte Lyndicus economus Procurator
 Thomas Driel et ipse honorum memoria dignus qui
 nobis a Patribus summe commendatus est, ut strenuus
 imprimis et huic domui valde utilis et affectus. Non
 erat ille ex eorum genere in quo est illud Proverbum:
 ut Comedit aurum et alat cynuram, dummodo bene pascat
 Coenitentium. Nec erat in quem dici poterit istud: Magyaris
 Dum tibi calve pinguis aqualicus propenso sequi pede estat.
 hoc n^re Gerardus.

Associations
 domorum

Eodem anno 1470 die Valentini fecit Coenventus associationem cum
 domo Distensi que ad habitum Ordinis. Item idem factum est
 cum domo Caselle die Palmorum sequenti que ad Monachos et Conversos.

Nota quod in psalmis ex associatione non capimus veniam, ~~habere~~ tamen
 Anniversarium associandum et brevem in cellis. Hoc de Verbo ad Verbum
 desumpta sunt in libro fundationis que non parum scrupulum quibusdam
 ingerunt eo quod non adeo conformia videantur primae parte statutorum
 nova collectionis. Quia si habent bicenarium persolvendum coenventu
 aliter in templo statim pro eorumdem obitu, non videmus tamen

ad breves rectandum in cellis. Sic enim habetur c. 43 n. 16 prime parti
 statutorum. Veruntamen quisquis in quacumque domo habeat tricenariam
 singulare, in ea brevem non habet. Cap. 39. n. 2 dicitur quidem quod
 occupati et debiles excusantur a venis sumendis in dicto psalterio,
 dum modo pro venis Agendam integram persolvant ad intentionem
 ipsius cui debetur monachatus. Relinquitur hoc arbitrio talium qui
 nec habent missam per psalteria, nec habent missam ab hebdomadario ~~pro~~ ^{pro} ~~habent~~ ^{habent} ~~tantam~~
 multa revocata que istis temporibus servabantur.

~~Nec habent missam~~
~~ab hebdomadario~~

Anno 1471 fecimus associationem cum domo Antuerpiae quoad
 monachos tantum. Et anno sequenti vigilia S. Andree coepimus habere
 associationem cum domo Sylva quoad omnes habitum Ordinis portantes.

Copia Associationis
 Domus nostra
 cum Sylva Martini

Cujus tenor talis est: Venerabilibus et dilectis nobis in Christo patribus
 et fratribus Dno Henrico Priori totius que conventus nec non ceteris
 personis de habitu et professione Domus nra S. nre de Gratia
 prope Brusellam nri Ordinis Cartusienis humiles Christi servi vestrique
 in eodem Christo fratres, fr. Joannes modestus Prior totius que conventus
 Domus Sylva S. Martini prope Geraldum mouens eisdem Ordinis nra
 antedicti salutem in Domino et humilium precum nostrarum
 suffragium quacumque, cum corpus quod corrumpitur animam
 semper aggravat et terrene^m habitatio naturam humanam ad
 mala prona et inchois per multos frequentes defectus et lapsus
 ad peccatum deprimat et declinat, hinc a apostolicis admo-
 nitione doctrinis, ut alter alterius opera portantes oremus pro invicem ut salvemur
 quatenus qui reatum propriorum pondere premimur mutuis
 et alterius tam in vita quam in morte favente Dno precibus suble-
 vemur, ad quod etiam omnes generaliter tenentur qui Christiano

Censentur nomine, specialiter tamen nos obligamus ad hoc idem
 Devotius faciendum pro invicem qui cuius professionis sumus
 et Ordinis et habitum geramus eundem et specialissime vos et
 nos ad id ipsum fidelius faciendum mutuo singularis causa
 rationabili quodam in citatis argumentis, ut sicut videlicet domorum
 Convivitate jungimur ita precipue Devotionis et amicitiae
 quoddam foedere sociemur. Unde propter generalem illam memoriam
 que vos die nocte que in vestris orationibus sicut decet meminisse fratrum
 recomendantis habemus ex speciali gratia de licentia et consensu Re-
 verendi in Christo Patris Domini Antonii Prioris Castellae tenore presentium
 Concedimus pro vobis et posteris vestris, vobis et vestris successoribus ac
 cuilibet vestrum habitum Duntaxat Ordinis vestri gerantur vobiscum
 profecto plenam illam associationem que quandoque inter domos
 vestri Ordinis ex certis causis fieri consuevit, ut videlicet post
 obtinendum caput vestrum (quem Deus procul occidat huius vite
 curricula feliciter faciat et beatum) in domo vestra praedicta solvatur
 a vobis et a quolibet vestrum quocumque tempore et futuro habitum duntaxat
 ut profertur Ordinis vestri gerantur vobiscum profecto unus integer
 ceperit justitia complementum occupatores seu detentores
 presumptores molestatores et injuriatores hujusmodi nec non
 contradictores quolibet et rebelles quoscumque dignitatis

Status Ordinis vel conditionis extiterint quando eumque et quoties-
 eumque expedierit auctoritate nra per censuram ecclesiasticam
 appellatione postposita compescendo invocato ad ~~hoc~~ ^{hoc} si opus fuerit
 auxilio brachii secularis non obstante felicis recordationis Pontificii
 Pape octavi predecessoris nri in quibus cavetur ne aliquis extra
 suam civitatem vel Diocesim nisi in certis exceptis casibus et in
 illis ultra unam dietam a fine suae Diocesis ad iudicium evocetur
 seu ne iudices conservatores a sede deputati praedicta extra civitatem et
 Diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere
 seu alii vel alius vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam
 a fine Diocesis eorundem trahere presument. Tenque de aliis quam
 de manifestis injuriis et violentiis et aliis que iudicalem indignem
 exigunt praevis in eos si secus egerint et in contra Procuratores
 adjectis conservatores se nullatenus intromittant et tam de duabus
 dietis in consilio generali dummodo ultra duos vel tres dietas
 aliquis extra suam civitatem et Diocesim auctoritate presentium
 non trahatur quam aliis quibuscumque constitutionibus a
 Praedecessoribus nris Romanis Pontificibus tam de iudicibus dele-
 gatis et Conservatoribus quam personis ultra certum numerum
 ad iudicium non vocandis aut aliis editis que vestra possent
 in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio
 quomodo libet obviare seu si aliquibus communiter vel
 divisim a praedicta sed sede indultum quatenus excommunicari
 suspendi nec interdicti seu extra vel ultra certa loca ad iudicium
 evocari non possent per ~~has~~ ^{litteras} Apostolicas non facientes plenam

et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis ac locis ordinibus ac nominibus propriis mentionem et qualibet alia dicta Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam. Vnde juris dictionis explicatio in hac parte valeat quomodo libet impediri. Et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in litteris (l. unis) habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus quod quilibet vtrum valeat articulum etiam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prope ditas. ^{Quodque} Data presentium tibi vobis et unicuique vrum in premissis omnibus et eorum singulis capitis et non capitis presentibus et futuris perpetua potestas et jurisdictio attributa ut eo vigore eaque firmitate possit in in premissis omnibus et singulis capitis et non capitis presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si predicta omnia et singula coram vobis capita fuissent et jurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem et modum aliquem perpetua legitime (prestitis) constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium non obstante. Datum Avinionae secundum nonas februarii Pontificatus nri anno quarto. Et quia ad presentia diversis aliis nris et Ecclesie nre Praefectus negotiis

occupati dictarum litterarum Apostolicarum executioni intendere
sive interesse nequimus. Idcirco de vris et vestrorum cujuslibet
legalitate et ^{industria} ~~justitia~~ plane confidentes vobis et cuilibet vrum
credendum premittis omnibus et singulis eorum vices vras
totales nobis in eisdem litteris per Apostolicam sedem quo-
modolibet attributis donec eas ad nos duixerimus revocandas
plenarie duimus committere et committimus per presentem
In quorum ^{omnium} testimonium sigillum vrum presentibus
est appensum. Datum in civitate vna Braxetensi
anno a nativitate Dni millesimo quadringentesimo
sextuagesimo quarto mensis Maii die sexta. In publica
signatum erat Loulier.

Jubilaeum ad
annum 25 revocatum

ANNO 1475 Sixtus IV Pont. Max. Jubilaeum
quod quinquagesimo quoque anno celebrabatur in
vicesimum quintum revocat quo plures hujus beneficii
forent participes. Biennio ante intimatum fuit personis
Ordinis vni quod ordo intendere laborare apud S. B. M. Capram
pro indulgentia jubilai et quidem anno precedenti indulserat
sed quaedam omitta fuerant bene convenientia et necessaria.
Intimatum hoc anno ut vni gratiam jubilai possint acquirere
per 30 dies continuos non interruptos nisi justa causa coacti
teneantur et debeant omnes qui litterati sunt et sacerdotes ac
in sacris constituti visitare duo vel tria altaria domus in qua
resident et illic in singulis altaribus flexis quibus devote dicere
psalmum miserere mei Deus cum oratione pro ^{peccatis} ~~peccatis~~ Deus cui

proprium, et orationem pro S. D. N. Deus omnium fidelium
Pastor, et orationem contra paganos Omnipotens sempiternus Deus
in cuius manus...

Instatur ad contribu-
endum pro restauratione
maioris Cartusie

Cum domus maioris Cartusie ex casuali incendio ad tantam
ruinam devenit quod est prius videre et casus ad monendum
oēs ad magnam compassionem, nec dicta domus ^{potest} reparari
sine adiutorio Ordinis. Inapropter exhortamur in visceribus
Jesu Christi oēs Priores Ordinis quatenus velint istum
casum tam lamentabilem habere propensius recommitum
et eidem domui subvenire elemosynas largiendo et
ad futurum Captum mittendo. Et insuper eos monemus
quatenus ipsum casum inteme velint Prelatis Ecclesiarum
et Dñis temporalibus ceteris que personis Devotis, de quibus
spem habebunt aliquod subsidium obtinendi pro restaura-
tione dicta domus eis rogando ut ea parte de
beneficiis expensis et impendendis, et specialiter eis
memorando quomodo per omnes domos Ordinis celebratur
30 missa de Sp̄tu S̄o pro salute eorum.

Quo miracula
de S. Stephano Ep̄o
Diensi

Hoc anno vir nobilis ac potens Guichardus de Horgis
gravissimos ex enterocela qua annos circiter decem
laboraverat cruciatus sentiens. Ubi votum de Consilio
S̄ni Prionensis nuncupavit S. Stephano Diensi
Ep̄o intra triduum plane convalescit. Id constat ex
instrumento authentico ea de re edito a Michale de
Podis Notario publico Diensi. Anno 1478 24 Aprilis.
Cui et alio instrumento edito 26 Martii ejusdem anni 1478

fidem facit. Marinum Guilloti Latonnum ante duos aut tres annos excecatum non prius votum nuncupasse I Stephano Biensi Ep̄o quam visum recepit.

Et Henricus Loen
primus Prior C^a
Bruxellensis absolutus
a Prioratu

In charta hujus anni sic habetur: Priori D^o n^ore d^{no} de Gratia prope Bruxellam senio jam ex debilitate confecto et confecto tanquam bene merito quia longo tempore Ordini servivit ad suam magnam instantiam fit n^ora. Et remittimus conventui electionem novi Prioris. In cujus locum fuit electus S^o Marcellus Voet pro tunc Vicarius. Magnam instantiam fecerunt conventuales, ut saltem Prior absolutus remaneret in hac domo sed nihil profecerunt propter desiderium quod habuit ad solitudinem cellam et domum propriam profectus est cum Visitatoribus ad domum Capelle ibi intravit et exiens cellam ut dicitur et bonus cellita et simplex monachus, se gessit primus et ultimus in divinis.

Et Petrus de Castelo promotus Lovanii in artibus monachum induit in Schuch S. Pauli commemorationis die.

Constitit ad nos Abmandus Lapidica qui postea conversus est factus. Post electionem Prioris S^o Marcelli venit ad domum istam quidam Commissarius ex parte Principis et D^{no}rum de finantia pro habenda mortificatione omnium bonorum nostrorum circa 60 annos adquisitum de quibus petebant trecentos aut quadringentos. Reverserunt pro multos labores fatigationes et discessus quos habuit Procurator sequendo Principem etiam ad longinquas partes gratia obtenta retinuerunt de pecunia nobis debita predicti Dⁿⁱ ultra centum et 88 ~~reverserunt~~ reverserunt jam persolutos. Princeps multis sane hoc anno

Requisitio
amortizationis
bonorum

belli difficultatibus implocatus fuit: In obsidione Novisiana
 integrum fere annum continuit. Idemque cum partibus proleis
 crebris, partem parte partem aliorum incommodis ejus copiae in
 dies minuerentur supplicat ab Ep'o Leodiensi Ludovico Borbonio flagitante
 cui Ep'us ingenti tunc exercitu, tum partium exacte conscripto more
 preesto fuit et nonis die Maii 1475 relicto brayeto se Novesium
 contulit quem Carolus magna cum gratulatione armatum
 armatus excepit admirantibus omnibus hostibus magnitudinem
 atque splendorem copiarum in vigilia Sanctorum Petri et Pauli
 Apostolorum Carolus Dux obsidione Hussiensis oppidi soluta
 recessit suase et consilio Imperatoris qui tunc in auxilio Hussi-
 ensium presens cum maxima multitudine armatorum homi-
 num, Principum, Civitatumque Imperii omnium. Post ejus
 discessum Hermannus Gubernator Ecclesie Coloniensis Castella, oppida
 munitiones et villas pro maiori parte Episcopatus paulatim
 obtinuit ita quod obedientia Rupertis valde fuit in brevi minorata
 quod erat miserabile videre.

Carolus Ep'um Leodiensem cum copiis Noviomagum misit, ubi
 mansit in presidio usque ad Septembrem. Ipse autem statim
 in Brabantiam profectus est. Gallus ^{anim} in omnem ^{interitus} occasionem ^{entatus}
 Burgundo negotium undique facessit Helvetios concitavit
 ferocem ditionem invadant nec ita tamen concussit,
 Renatum Lotbarnigum Ducem quamvis qua sollicitationibus
 a Bellicoso avertit, invases et ditiones ejus invadat ab incerto Principe
 antorynel qui Burgundiam ad Novesium sepe belli indicis

quinto calendas Junias atque Artesianis misere Depopulatus est
 Burgundus tanta. confederati Principis insolentia percussus
 Galloque perfidiam imputans obsidionem tunc confirmavit
 sed pace facta, ut diximus ad Novesians Carolus infestis
 signis gallos adortus ^{omnia} viam favore et fuga complevit, Anglus
 trepidationem ausit qui florentissimus exercitum Burgundi-
 copias commisit. Sed Burgundus pravo consilio usus Victoriam
 prosecutus non est Lotharingi odio in quem ducere festinabat.
 Decimo quarto Calendas Novembri, inducitur novennale
 inter Carolum Principem et Ludovicum regem insite pro-
 clamantur. Et tota vis in bello in Lotharingum incubuit
 recentis perfidie reum ut qui importune admodum obsidione
 Novesiana Caroli Principis amicitiam prodidisset. Subacta
 Lotharingia facili expeditione et non amplius quam trimestri
 spatio Dominum mutavit. Renatus apud Gallum profugus
 dabat nequiequam Regi molestus, ut ex facto auxiliares
 copias submitteret Burgundioni depellendo, sed ille disti-

X

Deux cens cordeliers
 vindrent lever le corps
 et porter en leur eglise
 de quoy se dit l'origi-
 ne que deux cens
 Cordeliers ont eu la
 teste tranchee

Hujus morbis revelatio
 divinitus fuisse P
 Laurentio Nourcheslio
 asserit Petrus Colius
 in hist. de Dnie
 Angiens - vide infra
 lineam

mulans nove tragedie catastrophem moliebatur tantisper
 cum Bellicosa colludens Tunc Ludovicum a Luxemburgo
 comitem stabuli in casses. — suos pertraxisset qui sanguine
 suo utrumque placavit. Decimo enim quarto calendas Januarias
 Parisiis plectitur atque apud Franciscos eadem in urbe
 depelitur. Privata simulabatur Burgundioni cum Luxemburgio
 intercesserant
 quas historiographi latius recensent. Ex illo retro fluxere
 et sub lapsa referri omnia et Bellicosi Principis fortuna rotam
 invertere.

En ce temps la était vrieur des Chartreux lez Anghien un nomme Muschotel
 Religieux de singuliere devotion et de sainte vie qui par revelations deusues
 a ses religieux la condamnation de leur Leigueur d'Anghien, ses afflictions et
 le moment de son execution, invitait ses religieux a son exemple a se
 mettre tous en devotes prieres pour le salut de son ame. Guere Colius

Helveticis in primis penas dedit quos in ipsis Alpium latibulis
lacersse ausus. Iste D Ludovicus fuit semper amicus contra
Sianorum D^s Capella, et misit illis multas pecunias unde
facta sunt vitrea fenestra.

Wilhelmus C Dux Montensis secundam duxit uxorem
Sibillam filiam Marchionis Brandenburg cum qua ex
devotione fundavit monasterium Ordinis nri prope Juliacum.

Joannes Theodoricus
ad meliorem vitam
migravit. De quo
Gorlandus lib 7. cap 30

D Joannes Theodoricus Delphensis in profesto S Augustini
obit monachus professus et sacerdos D^s Capellae in qua
vixit circiter XL annis. Ante ingressum Ordinis fuit
Magister Artium Coloniensis et rexit scholas. Receptus fuit
ad Ordinem a D Gerardo Maghel. Post ingressum Ordinis
valde religiose et conversatus in magna simplicitate
parcite et rigorositate Ordinis. Valde parvus loquebatur
alieni quia imperitoris Linguae fuit. Diligent in
scribendis et ligandis libris, potens in abbatibus et
vigiliis. Vir valde bone famae et bene dilectus ab omnibus
propter probatam ejus conversationem.

In monasterio nro de Schuch altera Magdabene vel
circiter fuit sepulta in magno coenobio Mater S Thomae
Religiosi ibidem qui reliquit partem D^s suae nro monasterio
de qua re ante diximus.

Obitus S. Petri
Fabri Capellani
Andelectensis et
Conversio Decani
ad Ordinem nrum

In profesto S Lucae circa octavam ante meridiem obit
Petrus Fabri alias de Curia Capellanus Andorlebensis
qui die sequenti fuit apud nos sepultus in ambitu nro
quem cum inungere velle Decanus S Petrus de Ohimo

circa pectoralia et corpus invenit cilium quod fuit solitus portare quod ille ignorans putavit emplastrum, sed post recognoscens, stupefactus fuit proventerium viri illius. Hinc concepit affectum ad intrandum Ordinem nostrum quod et fecit. Obiit hoc anno Jacobus Backer & Martini Jacobus Backer Amsterdamsis professor et Vicarius domus Ultrajectine qui longo tempore fuerat Procurator, deinde longo tempore Prior.

2. Joannes Balen quondam Vicarius C.º Brussellensis laudatur

Ipsa die XI^{ta} Virginum obiit Joannes Balen monachus professor quondam Vicarius C.º Capelle receptus ad Ordinem a S. Laurentis Priore. Ante ingressum Ordinis fuit Magister artium in Porco promotus cum S. Arnolde Kaerman Priore dicta C.º et Visitatore. Ita laudabiliter se gessit in Ordine quod factus sit Prior Amsterdami fere sex annis. Inde domum reversus cum domus Brussella esset initiata illuc missus est Vicarius. Et idem post aliquot annos electus est in Priorem domus Leelen prope Leisch ubi fuit circiter decem annis Prior quo tempore multas elemosinas contulit domui nostrae Brussellae. Eandem absolutus quia praedicator esset exiit ad domum professionis suae reversus est ubi laudabiliter et quiete vitam finivit. Hic fuit valde dulcis et modestus, morigeratus, mansuetus et religiosus et bene ab omnibus dilectus.

Joannes de Indagine scriptor celeberrimus

Circa annum 1476 obiit Joannes Indaginis monachus professor domus montis S. Salvatoris prope Ephordiam qui alias fuit Prior dictae domus et domorum S. Elisabeth prope ^{Lissen} ~~Essa~~ cum et in vic. Dei prope Frankenfort et Cyrtiae Deo prope Italis. Habetur nomen ejus sequenti anno 1477 in charta. Vir fuit in Divinis Scripturis studiosissimus et valde eruditus atque ⁱⁿ jure

Jure canonico egregie doctus, ingenio clarus, consilio promptus
et providus, plusquam trecentos tractatus edidit et questionum
solutiones prae innumeras et insignes, item in multos
libros Biblicae commentarios eleganter composuit. Vide Biblioth. Carl.

2. Joannes Vicecomes
de Carbonis fundator
domus Glanvicii

In charta hujus anni habetur B. Joannes Vicecomes de
Carbonis miles Bonus de Braco fundator domus Glanvicii
Item in charta 1488 fere iisdem verbis an idem vel alius
forte filius quia hic additur de fundatoribus.

Decanus Anderlaci
resignat Decanatum

ANNO 1476 2^a feria in Paschalis D. Petrus de Ghino
de quo supra cyimus, resignatis Decanatus Anderlaci
et aliis pluribus beneficiis, monachus factus est in Schuch.
multa praesertim.

Margareta Moes
makere ordinat
fieri cellam

Domicella Margareta Wytenbergh prima uxor Gulidami
de Wesmaere Secretarii apud Bruxelles curavit fieri
hoc anno unam cellam notatam littera K, quae usque
tot et tanta beneficia contulit Domini ut recaretur Major Conventu
quam in principis hujus fundationis hujus ^{domus} ~~proximus~~ vidisse
Patres nostros in Spis. Spisita.

Item Maria
Vander Berck

Item Domicella Maria Vander berck quae anno 1474
emerat vivaria tot Offenhem 111/2 Rhevenibus
pro sustentatione unius Monachi, hoc anno ordinavit
fieri unam cellam signatam littera L pro eius constructione
Dedit anno 1478 centum quinquaginta coronas qualibet

2. Joannes Florentis
receptur

xxiiii ~~ps.~~ — D. Joannes Burgis alias Florentis novita promotus
in artibus et partim expensis hujus domus Lovanii sustentatus
circa Pascha ad hanc domum altricem suam divertit

239

et regulariter protractus tandem delibentia Præsepales Visitatoris et consilio
Henrici quondam hic Prioris qui juvenem novorach fuit receptus
Et Julii et Augusti vestitus, pro gradum Sacerdotii adeptum
obit ut infra dicetur.

Hoc anno MCCCCLXXVI Henricus Arnoldi Prior Carthusiensis
in Brasilea (de quo vide ^{p. 124} b. lib. 124) Venerabilis et multum devotus
Pater edidit typis expressam litaniam magne efficacie contra
Turcos pessimos Christiani nois inimicos.

Pulsus meridians

Intimamus omnibus personis Ordinis qualiter S. S. N. Papa
Sixtus ad perpetuam rei memoriam per Bullam suam cupiens
partes inelyta Nationis Gallicane et prosertim Regni Francie
persistere de cetero in pace. Et ut natio ipsa ad bellorum strepitu
persistat immunis, statuit et mandavit virtute sancte obedientie
ut sub pena excommunicationis lata sententia omnibus et
singulis Ecclesiarum Rectoribus et Prelatis et aliis quibuscumque
personis ecclesiasticis secularibus et regularibus quorumcumque
Ordinum quatenus in omnibus civitatibus opidis et
castris et Villis et locis quibuscumque sub Regi Francorum
subjectis et quibuscumque Ecclesiis habitabilibus ut singulis diebus
circa meridiam pulsentur vel pulsari faciant Campanam de modo
quo de vespere pulsari consuevit in memoriam Annuntiationis
per quam Gabriel Angelus V. Virginem Mariam ore proprio
Salutavit dicitur Ave Maria gratia plena et reliqui. Ut
dictam Campanam audire ad salutandum prefatam Virginem
reddantur attenti, quem vocat et vocari vult Ave Maria facis.

Concedit omnibus Christi fidelibus utriusque Sexus per totum
regnum consistentibus qui pulsante campana huiusmodi in
meridie vel qui eam forsitan audire nequiverint, promissionum
memores orationem Dominicam proleptam Ave Maria
cum reliquis devote pronuntiarunt et pro pace Altissimum
deprecati fuerint trecentis dies indulgentia pro qualibet vice
de injunctis penitentis eis misericorditer in Domino relaxari
perpetuis ^{futuris} temporibus duratura. Idcirco personas ordinis
sub ditione prefati Regis existentes hortamur attente ut
premissas pulsationes et orationes facere non omittant
propter periculum vitandum et indulgentias consequendas.

Status belli in
Patria

Non potum dissimulare Regem Francie harum orationum
fructum et effectum consecutum fuisse. Vidit enim hoc anno
suum emulum et adversarium humilium et sequenti anno
extinctum, ^{et} ~~et~~ Ducem Burgundie. Helvetii enim hoc anno
Carolum in fugam cogere quem nemo hactenus vitandum
conspexerat optima prolia electa et cum illis Ducis suppe-
llectilia et gemma nullo pretio aestimanda. Carolus Lausana
receptus indignatione animi aegritudinem concepit, quae
discussa moratur in obside apud Sabaudis Helvetisque
contaminum ubi infeliciter iterum pugnavit. Quatuor
supra decem millia occubuerunt.

Miserabilem hanc Cladem universa Gallia libentes accipit
presentis Ludovicus Rex toties fidei suae proditor
quoties Bellioso damnosus esse protulit, qui et docies centena

Grasso, Martia, Man-
eiunqne Carolo
gatas, agmina, corpora
adstulerunt.

aurorum millia in solam Helveticam militiam hac expeditione effudit super alias ^{omnes} ~~cas~~ ^{impensas} ~~empensas~~ quibus propterea se obligavit propter Helvetios ~~vorum~~ vero Gallumque totus christianus orbis contra Lucem conspirasse videtur, nescio quo Dei iudicio.

S Hieronymus in Litaniis quos loco invocandus

Perque nri Patres Diffinitores: Ad honorem Dei et Beatissimi Hieronymi Doctoris ^{I^{te}} Ecclesie eximii, ordinamus quod in litaniis privatis per totum Ordinem nrum pronuntietur Et in eisdem litaniis post B Gregorium conscribatur.

Provida intimatio

Quia veridicis relationibus ap^{te} que testimoniis reperimus de Joannem Vituli Monachum profectum Cartusie multipliciter fecisse falsitates et fraudes hortamur et ~~advisatos~~ ^{advisatos} omnes Priores esse volumus singulas que personas Ordinis ne amodo suis credant scriptis falsitatis et fictis commissionibus tanquam sibi datis cum non sit verum tales commissiones fuisse sibi committas. Et quod amodo non sint ita faciles ad credendum talibus damnatis perverorum adjuventionibus. U^o si eundem Joannem Vituli apprehendere quoque modo possint quam citius Carcere mancipent, et tunc custodiant donec captione R^{do} Patri intimata aliter sit provisum.

Fontis ultra vivaria acquiritur

Eodem anno inceptum fuit tentari de fonte acquirendo (sunt verba libri fundationis) quem actu habemus ultra vivaria nra Nota quod quadam vice ante plures annos dummodo mentio hic fiebat de fonte Gypsrepe acquirendo. Transientibus fratribus in quodam spaciamento per locum illum videns in fine fossati ibidem aliqualem aquam licet modice emanantem

Quidam e fratribus cogitabat quod ibi posset fortasse esse orgo
fostis quo talia cogitante visum est sibi audisse saltem
mente: Ecce in isto loco habitis adhuc fontem, quod ille
tacitus revolvens cognovit finaliter id evenisse licet graviter
et non sine magna hesitatione plurimorum et experientia
desuper capta et expensis multis et mere gratia Dei.

Eleemosyna Prioris
Antuerpsis

Eodem anno in festo S. Mauritii S. Joannes de Monte Prior
Antuerpsis dedit huic Domui centum petros quos prius conce-
dit dedit et calicem unum, Item ejus predecessor D. Nicolaus Harben
D. dedit centum Rheeneses, ex quibus pecuniis edificata est
una cella.

4^h S. Amandus Amelien
Conversus

10 Octobris S. Amandus Amelien latronum habitum conversorum
assumpsit et dedit in adjutorium cellae suae faciendae 4 petros.

Obierunt

Annus 1478 quando Domus Prusevducentis fuit incorporata

S. Walterus Londanius
quondam Prior Kuremundanus
et primo Prusevducentis

Ordini, institutus fuit Prior S. Walterus Londanius qui
annis 24 Domui suae Carthusiae Brussum undane prosecrabat.

Et hic post tres annos administrationis suae coepit ipse viribus
non virtute destitui quod eum optime sciret et sentiret et abdicavit
se Prioratu. Reversus est ad propriam Domum ibi finem
vita habuit pariter et laborum circa hunc annum 1476.

S. S. Henricus
Heeswyck Procurator
item Prusevducentis in
principio

In principio hujus anni die conversionis S. Pauli ex hac vita
migravit S. Henricus Heeswyck secundum Prior Ultrajecti
et Procurator ejusdem. Item anno 1479 a Capitulo generali
institutus fuit Rector (potius Procurator ut legitur in monumentis
ejusdem Domus) nova Plantationis prope Prusevducentis. Videt in ordine 38 anno

Nocte regum
Succubula
Carolus
Stylo versari

Anno 1477

Nonis Januarii
Die dominica
perfidia
Campobacii hujus
ubique asseritur
(+17)

Præter Helvetios Gallumque totus etiam orbis contra Ducem Carolum cons-
pirasse videtur. Galeatus Insubrium Dux, Fredericus Barchinensis ~~Renatus~~
Andegavensis Provincia Comes Jolanthus Sabauda fidem cum fortuna
Principis nri mutavere, atque adeo Renato Lotharingo auspice
Bellicosum Ducem vita et castris exierunt ad Hanceniensibus Austrasiorum
Metropolim quam Carolus a Renato Duce post liminis receptam
ultima omnium expeditione cinxerat. Cæsus ibi Carolus in
Jarvillo Campis instar Velitis triarii confecta pugna decertans
turbavit aciem Ducis Nicolaus Campobacius Italus qui a Gallo
subornatus primo certaminis tumultu cum turma equitum ad
Helvetios se proripuit manifeste proditoris reus Hic finis Caroli factorum
hujus exitus illius sorte tulit. Anceps fama toto Belgio de illo
percrebuit, alii cæsum, alii in columnam dixere pro suo quisque
affectu, sed repertum cadaver a quodam cypho suo honorario
Joanne Baptista columna nudum et ore congelato ad fossam cui
imminet indicio equium protuberantium quingine inferioris
dentulæ et cicatricis pugna hericiana ad collum impressæ.
Sepultus est jubente Lotharingo Hanceni in æde primaria ad aram
principis S Georgii Martiris cui Bellicosus Dux peculiariter cultus devotus
fuerat. Si tanta fuit victoris inimici humanitas, quid sperandum
de Divina bonitate? Neque enim Deus punit bis in idem. Nulla
preterea in eo eximie laudis fere et qua bonis Principes imitari
possint. In tranquere profusus sua etiam manu sportulas divisit
annulus Carolo bono, qui simili liberalitatis officio promptus statand
familie compensatione martyrii victima elemosynæ sacrificiorum cumulari

(+1) Proditor Campobacius postremo ad Ducem Renatum verbis erat pollicitus viginti se equites apud Pugnacem
cum foret transiturus (ad eum se. i. que) relicturum qui sese proditoris ignoro simulantes occasione
interficendi aut capiendi egus essent observaturi. Verum cum Pugnacis acies multitudinis hostium
dissiparetur eo proditoribus exequendi facinoris motus et ereptus eadem cum exoris maxima eorum
parte. Nolente Deo inter alia Pugnacis infortunio, hoc eum officii dedecore, ut a propriis mercenariis militibus
interficeretur, aut captus ad ludibrium veteribus hostibus traderetur; sed postremo huc eum honore
exemplo multorum regum et imperatorum decorante, ut inter hostium amicorum ^{hæc} cadavera armata
viam finiret

Virtutes Ducis Caroli

Castres in conjugio, citra alterius thalami injuriam, continenter lege se abstinent. In divos prout canonica preces quotidie Deo adnumeravit nulla occasione tanta pietatis facturam admittens Propheta Regis exemplo qui septies in die collecta mente psalmum cecinit, et sine hac flata modulatione fidiumque obsequio nunquam purpuram deposuit vel recepit. Parum vero fuit in Pellicoso principe quod subdo: musica artis peritissimus et proinde Musarum, gratiarumque alumnus, in balneo in trichinis disparem illam conserdiam libenter admisit. more Alexandri Macedonis cui peculiare obium fuerat pro hac modulorum inflexione animum vel intendere remissum vel remittere intentum. Literarum Historie que veteris presertim indagator Guido de Primo Imbercurio interprete in hoc altero Farnassi vertice sapiuscule obdormivit. Ut hanc quoque lauram inter alia famulid decora saepe voluerit herodis immortalis. Haec ex Cornelio a Barca in memoriam tanti Principis de Ordine de domo nra bene meriti. Huic enim Domui bene duo milia coronatorum tam in oblationibus Douaria denodis quam alios elemosinis dedit.

Maria Caroli Audacis proles unica atque ditiorum omnium paternarum haeres, Gandavi cum Margareta Eboraensi novena annum agens vigesimum Gallo tulusultuantes subdidit.

Stennis Ludovicus et Rex qui Mariam ad sacrum fontem suscepit, et ejusdem cum Carolo Delphino octavo nuptias valde affectabat, quin castans se ludere operam animadvertens

Rex Francie

Guicabum Burgundie
et Artesie Comitatuum
invadit

Nota de equis cursoriis.

quomodo quamvis anno superiore cum Audace epusque hared novennales inducias pactus esse nihilominus Burgundia Ducatus et magnam Artois partem velut immanis predo invadebat. Interea rerum nuntios atque exploratores in horas ^{inde} hinc spectabat. Diversa equis cursoriis in Gallia primus instituit. Vide Pappum in lib. mont poli et alios historicos.

Guidonis Princeps in Digna mors

Non solum aderant Duci Marid foris pugne sed etiam intus timores. Guido enim Primus Imperatorii Coparcha atque abbas Comes idemque Aurei Velleris eques ^{pruista} apud Cartasianos in latitans Gandavi ab factione plebis captus nequiquam allaborante ad eius liberationem Maria Principe, capite multatus et cum eo Hugonibus, que indigne tantorum virorum mors insigniter Mariam, epus Novercam, Nobiles probosque omnes ~~perdidit~~ percubit Uniceam ordinationem rebus deploratis equis patriam satis convenientem hoc anno reperio.

Festum Compassionis B. Virginis imperatur

Quia in plerisque locis Digna cum reverentia sabbato post octavas Pasche festivitas Compassionis B. Dei Genetricis Marid prerogitur ab eisdem laudem et presonium concedimus Dominibus Ordinibus que voluerint quod profatum festum illo die solemniter cum candelis et refectionis valeant celebrare. Cupas solemnitatis officium sicut in natiuitate, nomine natiuitatis in nomen Compassionis mutato sed loco Evangelii Libri generationis legatur evangelium stabat iuxta Crucem Maria Mater Jesu etc

Sixtus IV Papa dat indulg. plen. cum potestate eligendi in die Natiuitatis B. Marie

Sixtus IV dat indulgentias plenarias cum facultate eligendi Confessores pro personis ordinis in die Natiuitatis B. Marie Virginis. Vide privilegia ordinis fol. 43

Obierunt

D. Laurentius de Raenda
Prior Romae scriptor

Circa hunc annum obiit D. Laurentius Zeeman de Rosendaal Prior Dⁿⁱ P. Crucis in Roma; primo professor Dⁿⁱ Omnium Apostolorum prope Leodium ultimus Dⁿⁱ Cartusid.

D. Ludolphus Vanden
Nater primasalis
notator Dⁿⁱ S^{ti} Sophiae

Item Venerabilis D. Ludolphus Vanden Watere principalis inceptor Dⁿⁱ S^{ti} Sophiae prope Brussum Ducis.

Item nobilissima Magdalena fer de Vestenberg fundatrix Horti B. Mariae in Germania.

Eleemosyna Curati
de Viane

Hoc anno D. Andreas Gormini Curatus de Viane dedit pro una cella in Schuch signata per litteras D centum septem Rheneus et anno 1474 dedit octo decem annue pro subenda unius monachi.

Eodem anno D. Michael pastoris Capellanus et Receptor dedit hic calicem et pacem argenteam, et anno 1479 dotavit anniversarium suum hereditarie xxiiii Rheneus.

Geldria ab obedientia
Ducis Mariae
recedit

Adolphus Arnoldi Geldria^{Ducis} filius a Gandensibus custodia Gustracen eductus, militieque profectus apud bornuacum a Francis occiditur. Eiusdem Catharina interfecti Adolphi soror consilio auxilioque Geldriae per uniuersam Geldriam Ducis Mariae Hectoris polle curat, quamquam Carolus et Philippa dicti Ducis Adolphi liberi in potestate adhuc essent.

Mors Ducis Mediolanensis

Ducis Ma. Galeatus Maria V Dux Mediolanensium in templo S^{ti} Stephani confoditur a Joanne Andrea Lupo Lamponiano nobili viro mediolanensi. Reliquit is liberos Joannem Galeatium VI Ducem med., cui Isabella Aragonia Neapolitani Regis ex Alphonso filio neptis juncta erat, et Blancam Mariam Maximilianum Cesaris uxore et Annam.

D. Joannes de Audomaro
Prior Ziricze

Hoc anno D. Joannes de Audomaro professor Dⁿⁱ Capelle cum esset Vicarius in domo Delphou missus est per chartam capli Prior ad Ziricze ubi circiter sex annis fuit Prior usque ad mortem.

Marie Principis
nre nuptiae

Augusti duodevicesima Gandavi Maria Burgunda nuptial cum Maxi-
miliano Austria contracta celebrantur. Vide Pentium ~~Historiam~~ Chronicon.

Clamor factus est ecce sponsus venit exite. Numerus nobilium equitum
exceptis famulis erat mille ducentorum qui omnes Maximilianum
nudis capibus precedentes ~~ex~~ certa circum tempora e margaritis
ingentibus confecta quibus pretiosi intermiscabantur lapides ferebant.

Illustrissima D^{na} Margareta vidua Caroli Coudacis hoc anno 1477
dedit domui Capelle duas pulchras ampullas ponderantes xv uncias et
in promptis pecuniis et lib grossorum ^{Flandrie}. Ideo conventus de ^{con} ~~con~~
consensu assignavit dictae domo unam cellam V. Septimam sub
littera G tanquam fundatrici et dotatrici, et inhabitator illius celle
erit suus capellanus orando pro ea nunc et in perpetuum.

Obitus Comitis
Palatini

Obiit hoc anno mense Decembris Illustris et Christianissimus
Princeps Fredericus Comes Palatinus ^{Bohemi et} Dux Bavariae sacri Imperii
Archidux et Princeps elector in habitu Minorum Heidelbergae
apud eos in ingenti pompa sepultus. Quem Britanni valde laudant.
Matthias Hungariae Rex Austriae Stiriamque Vastam et Bohemiae
regnum Frederico extorquet.

Hoc eodem anno 1477 in profesto S^t Barbara obiit Venerabilis Pater
S^r Laurentius Mouscherele Alostrensis qui ibidem fuerat rector scholarum.
Vir bone vite et fame et bonus clericus, quamvis tantum grammaticus.

Hicigitur est ad Ordinem a S^r Joanne Montcynge Priore circa
annum 1432 et datus est illi Magister S^r Johannes Hayeruce
Hic igitur Laurentius omnium suorum testimonio fratrum, vir
fuit vera religione conspicuus. Vir vita sanctissimus, et cum
fuisse tribus aut quatuor annis in Ordine frater (electione
sibi concessa) constituerunt illum supra se Priorem quod

S^r Laurentius
de Mouscherele
ad Superos migravit
Vide fol. 31

valde rigore et religiose se ordine habuisset, residit autem domum istam circiter octo annis, et ipsam tam in edificio cellarum quam idoneis personis multum valde decoravit.

Multiplicavit gentem et magnificavit letitiam de virtute et pietate filiorum quos plures in ordinem recipit

Recepit enim ad Ordinem et Rationem (de quo Dorlandus lib. 7 c. 26.) D. Henricum Loen (de quo idem Dorl. Cap. 39.) D. Joannem Albonardo circa annum 1441 (de quo Dorl. Cap. 34) D. Gasparum Vander Stock Lovanien. Magistrum in Artibus qui fuit primus Procurator S. Bruxellæ, postea Prior Diestensis et postremo Prior S. Capelle. Recepit et D. Hugonem Boleum de quo Dorl. Cap. 29 et D. Joannem Malon qui fuit Vicarius S. Bruxellæ in principio et Prior Amsterdamensis et Diestensis. O vere oliva fructifera in domo Dei! Habuit Procuratorem D. Asoldum de Monte de quo Dorl. Cap. 7. Cap. 33

Ejus liberalitas in pauperes

Anno Dni 1437 quo fuit in Griisem electus cum fuit ingens frumenti inopia (de qua scribit Brithecius in Chronico Sponchimenti) quod fuerit maxima fames in òi regione et precipue in partibus inferioribus: in Hollandia, in Zelandia Hannouia et circa Rhenum ubique inquit exorta est, ita ut multi pauperes tam in civitatibus quam in villis fame perirent, ipse pauperum et calamitosorum omnium prodigus provisor et factor erat adeo ut de Francia partibus tanquam ad quandam asylum pro stipe pauperes confugerent. D. enim Gerardus Delph. qui eum processit in officio Prioratus fuit vis parens, Solaria reliquit plene annona et blandis que iste Pater Laurencius tam largiter erogavit tempore propele Caritatis et alia que habere poterit ut inde magnam famam acquisiverit in vulgo; neque tamen fenumiam tenuit, vel

1477

de crastino cogitavit summa spe semper ad superna erectus. Post annos octo Prioratus sui Hydropsim in curis Deo ita Disponente quo facilius famulum suum et amicum in secretiorem familiaritatem adsciceret atque in cellam vinariam introduceret. Postulans igitur reperta occasione sibi misericordiam fieri per ^{Pater} Visitatorem ab officio dimissus est. Invo onere deposito, aquarum etiam pondus Deo ad fulore depositus. Dein Vicarius institutus tres et triginta annos vixit quod officium et ministerium laudabiliter quoque exequelatur de quo et Judocus Pander Pleyon sic testificabatur: quoties inquit absente Priore Pater Laurentius visitandi gratia venit ad me in cellam: sermonibus suis et exhortationibus sic crexit me, stabilivit et confortavit, ut postea duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse: Eram siquidem promior ad modestiam proclivior ad pietatem, promptior ad fraternam dilectionem et ferventior in precibus, subtilior in divinarum contemplatione et in cunctis observantiis Ordinis publice et private alacrior. Eadem die qua cessit e vita (ut a triginta tribus annis propunderat Jacobo de Croij postea Ep'o et Duci Cameracensi mortis sue diem intimavit, cum enim decumberet ad mensam hora cense in quadam magna societate unus Pedis illi ictum in dorso ac percussit cui satis ex hoc turbatus et circumspiciens ubique neminem vidit, qui surgens ex mensa porrexit ad cameram suam compunctionem habens non modicam et revolvens in corde suo quid hoc esset, vel quod signum cepit recordari verbum quoddam Prioris Laurentii quibus promiserat se illi intimaturum obitum suum, postea intellexit eadem hora ad superos migrasse P. Laurentium, et propterea ^{semper} habuit

Egregium testimonium
Sanctitatis S. Laurentii

Ordinem nram valde in honore. Electus in Episcopum Cameracensem eadem die qua fuit consecratus in Domo Cartusieuti Lovanii quae supra scripta sunt narravit. Vide Dorlandum lib 7. Cap. 28.
ANNO 1478 Maximilianus data acceptaque fide in Principem a Brabantibus Flandris et Haunsuis receptus, inauguratusque solitis caeremoniis primariis in civitatibus celebratis.

Circa festum Paschalis Maximilianus quoque Middelburgi Zelandiae inauguratur, adhaucque a Hollandiis Ordines. Ut vero Houckios ac Cabbelianos conciliaret sex septimanis manens frustra deloperam. Interea Brugis parata erant necessaria ad Equitum aurei Velleris supplementationem quem Ordinem Maximilianus in templo Salvatoris jamprimus accepturus ac daturus erat. Quibus Calendis abbas accepit Ordinem ab Adolpho Clivio Ravastand Regulo, torque cum aureo vellere collo ejus appendente Lanoij Dño Equitum hujus Ordinis inane maximo. Item ipse variis eodem ornatu honore. Quibus peractis Maximilianus pugna cum Ludovico Rege consensu cupido in Artesiam flexo itinere auctoque validis Flandronum copiis exercitu ad pontem Wendinum subdit, Regem in certamen provocat qui licet instructissimum haberet exercitum attamen intra Abtebatendis opidi muros continere sese consultus esse putavit.

Nono calendis Julii hora tertia post meridiana Brugae filius Maximilianus ex Maria nactus est nomen inditum Philippus. Eius nuptialem hoc metro numeralibus litteris quidam expressit:

omnibus acceptis regnat novus ^{o^o} PHILIPPUS.

Quarto cal Augusti e sacro cum lavacro suscepere Margareta Ubracensis Pugnacis vidua, infantique nomen dedit Adolphus Clivius Ravastand Regulus nomine Caesaris Frederici: ac Petrus Lutzenburgius

Maximilianus
 Belgiae Princeps
 inauguratus adhuc
 juribus dim verbis

Aurei Velleris
 Comitibus

Ludovici XI Regis
 inimicitias

Catalis Philippi
 Austriaci Principis

Inducia inter Regem Ludovicum et Maximilianum

Jani & Pauli Comes nomine Henrici VIII Anglorum Regis: magnificeque ab his, a Burgensi Senatu, mercatorumque collegiis donis et honoratus. Exinde prolo-
quitur inter Regem Ludovicum ac Maximilianum in annum induciae quae initium essent habitura decimo quinto Cal. Aug. ea lege: Rex Maximilianus restitueret ante finem primi mensis quicquid in Comitatu Burgundiae ac

instituit Comitatum Burgundiae

Hannoniae occupaverat: quod quamquam eger tandem Rex eussensit Germanos ac Helvetios virtus quibus parum placere sciebat Burgundiae

Cornacenses cum Maximiliano transigunt

Comitatum Franciae Provincias junctum. Denique Rex Cornaco praesidium deducere urbemque liberam relinqueret. Qui regio liberati presidio mense novembri cum Maximiliano transigunt, pollicentur quae se Francicum amplius non admissuros militem. Haec de statu Patriae satis juxta ad ordinem nostrum redeamus.

Comus B. Mariae Annuntiae apud Paderbornam Westphaliae oppidum Ordini accedit

Novam plantationem prope Falckensteyn Ordinis nro incorporamus in nomine Tris et filii et Spiritus S^{ti} Amen. Quam plantationem domum B^{te} Annuntiate in monte S^{ti} Sixti prope Falckensteyn nominamus, quam etiam et Provinciae Allemanniae inferioris adjungimus, et praeficiamus in Priorem & Judicem a Prioratu domus Passionis Christi indegnitz absolutum. Cui etiam committimus novellam plantationem recipiendam in Wyznia prope Zwickianam quam de consilio Visitatorum si expedire videbitur poterit acceptare sicut actum est anno 1480 ubi tunc de ea agemus. Hanc autem domum Beate Annuntiate fundavit egregius & Wedernerus Baldernus utriusque juris Doctor sacerdos quem credo Ordini nomen dedit in statu Conat^{is}. Obiit circa annum 1488.

Obiit circa hunc annum & Joannes de Sabaudia unus Altisillarum et fundatoribus Vallis S^{ti} Hugonis.

Hic Ludovicus de
Petronibus dicens
ut de genere fundatorum
dⁿⁱ Maggiani que
fundari cepit an
anno 1318 sumptibus
E. B. Ricciardi de
Petronibus S. R. S.
Cardinalis
Venerandus Comes
Walterus Henrici
Scholasticus S. Gualde
construxit et dotavit
cellam

Item nobis miles Henricus Ludovicus de Petronibus Tarenensis fundator
dⁿⁱ Maggiani. Protector et benefactor dictae domus. Hic Ludovicus
de Petronibus dicens ut de genere fundatorum dⁿⁱ Maggiani
que fundari cepit an
anno 1318 sumptibus
E. B. Ricciardi de
Petronibus S. R. S.
Cardinalis.

Hoc anno in Schuch Magister Walterus Henrici Scholasticus
dⁿⁱ Gualde deputavit, ordinavit construere et dotare unam cellam
pro quibus intendit et addidit dare Vi^c Rhevenenses P. Coes
et in solutionem dictae summe emit pro nobis ~~memus~~ dictum
Palvenblock pro XCIX Rhen. et quitavit pensionem vitalem
inde exeuntem duorum Saccorum Siliguris pro X VIII petiv
Et obiit quinta Decembris anno 1476

Leonarda Severina
Ducissa legatum

Item eodem anno circa foct obiit Secretaria Ducissa Margareta
noie Leonarda, que in testamento suo legavit 1111^c Rhen. ut
pro eis emerentur XX Rhen. annue pro sustentatione unius
Monachi cui adpunit dicta Ducissa 11^c Rhen. pro edifica-
tione unius Celle. Dictam donationem D. Arnoldus Haerman
Prior Capella facile habuisset, sed demisit hanc novella plantatione

Margareta
Van Borchem
liberalitas

Item eodem anno nobis satis propositis Domicella Margareta de
Borchem alias ^{Boescoetele} Jaoh de Boescoetele deliberavit hic donare ^{unam} prebendam
annue XVII Rhen. pro sustentatione unius Monachi instructis
et informatione Magistri Nicolai Ory Capellani Breginagii
Bruxellensis, ubi dicta Domicella fuit Magistra magna
Breginagii ^{sicut} prestitit. Vide lib. fund. fol 45.

Promissio
Catharina de Borch

Item isto anno Soror Ricarii vni Jois Borch, Catharina
promisit nobis dare XVIII Rhen pro uno . journali tene quos
dedit anno 1481.

Curia Croiam
a Scodram occupat
Florentinorum
conjuratio

Mohammedus Turcorum Imperator ^{Croiam} ~~basilicam~~ Epuram urbem munitissimam occupat a Scodram Macedoniam caput Venetis eripit. Florentie que libera civitas erat in templo libertatis confuratione civium ^{Medicos} ~~in~~ ^{brodicos} ~~frater~~ quasi libertati publice insidiantes impetu facto Julianus occiditur Laurentius ararii sacri munitione evadit. odium civitatis rixas. Hoc anno 1478 Dux Clarentia in Anglie occisus est qui fuit frater Ducissa Margareta, vidua Caroli Audacis, quidam in malvatici vini folio vivus extinguitur, et inde exemptus capite truncatus est, pure an injuria non est unum scribere. Consule Auctores.

Conjuratio
plebis Gandensis

Bello inter Francos ac Belgas ad tempus sopito dissidium alio serpsit Gandenses enim mense februario anni 1479 contra urbis Rectores quos teruncis singulum cerevisiae poculum onerassent arma sumunt. Inaudita confuratio (quam apud Heuterum habes) brevi pugna proborumque victoria non sine presentis numinis Divini auxilio extincta fuit.

Ludovicus Rex Duacens (nobile hodie musarum Emporium) Clanculario ingresse interficere conatur. Sed fraude per Atrebatensis equestri muliercula (cui litterae concectae erant) opera Duacensibus detecta pedem referre turpiter cogitur. Id Regis animum adeo commovit, ut veteris civitatis incolae secundo damnatis exilio. Decimo quarta Calendas Junias Sagittarii et Arcubalistarii Atrebatenses qui nonnulli amissis caeteris hic subsisterent etiam Solvan vertari equantur. Quo

Helvetii Regi
Gallie Stipendarii

etiam tempore in Gallis sublato Francorum Sagittariorum ordine a Carolo 7 Rege instituto Ludovicus Rex ab suis alter Sicut sibi timens Helvetios advocat stipendio annuo affluo concessio fidos sui futuros custodes. Genobardus Gallus scriptor hoc in melius interpretatur

et dicit quod cum Helvetii rapinis et latrocinis vacarent hoc anno
 primum a Ludovico Gallorum Rege stipendia inventus.
 Jam nra repetamus. Hanc ordinationem factam in Capto anno
 lego: Quia intelleximus quasdam personas Ordinis sine aliqua
 Commissione ab eodem eis facta presumptuose inconsulte
 et propria voluntate procurasse protectiones pro Ordine nro
 a R. nis Dnis Cardinalibus per brevia Apostolica cum ipse
 nro Ordo ab initio sui usque ad tempora presentia semper fuerit
 sub speciali protectione, et grave sibi Dnis Cardinalibus in majoribus
 occupatis nris intendere nec Ordini expediat. Ea propter nos
 Diffinitores Capli Generalis Ordinamus et precipimus sub pena
 majori excommunicationis quam quilibet contrafaciens ipso
 facto incurrat, et de cetero nullus id facere audeat. Nos enim
 S. D. N. Papae et omnium Dominorum Cardinalium protectione
 potius gaudere volumus et ad quemlibet ex ipsis in causis nris
 nobis magis subvenire voluntatem liberam optamus habere recursum
 Nescio an Ordo tunc sicuti jam anno 1627 delectabat habere
 specialem Protectorem quandoquidem ad quemlibet volebat
 habere recursum. Et Domus Montelli anno 1477 obtinuit
 indulgentias plenarias cum facultate eligendi Confessorem
 in Civitate B. Marie Cujus expeditionis Commissa data
 est gubernatori Urbis. Postea tunc habuerunt unum Specialem
 Hoc anno in Schuch^{quid} facta coquina nova cum duabus cameris
 Cella Domicilla Vander Borck fuit ad inhabitandum
 preparata ad quam venit mandum D. Joannes Florentis qui
 infra octavas Pentecostes suscepit Ordinem Presbyteratus

Joannes Florentis
 moritur

et post paucas missas celebratas moritur, ultima Augusti, junior monachus sed primus monachorum qui hic obiit.

Eodem anno tempore visitationis hujus Domus se, in profecto Nativitatis M. Mariae, et Arnoldus Kaerman Prior Capelle apportavit nobis recognitionem et Jacobi de Masteyn militis octoginta librarum Flandriae LX pro redditibus emendis et XX pro cella construenda pro habitatione et sustentatione ^{unius monachi} Domus Sylvae Martini. Isti ^{domini} de Masteyn et Mastaing fuerunt etiam benefactores d. Sylvae Martini. Est nunc adhuc fautores Ordinis.

Et Jacobus de Masteyn construxit et dedit cellam

Elemosyna Mgri Joanni de Comjereco

Item eodem anno circa festum Omnium Sanctorum Mgri Joannes Compjeres Canonicus Antuerpiensis fr. Confratris nri domini Petri Compjeres dedit in elemosynam 40 coronas de XXIII/10¹² quamlibet ad emendum vel quitandum duas similes coronas annue pro Anniversario suo hic perpetue celebrando quas tunc voluit levare ad vitam suam. Sed anno 1482 dedit nobis ea conditione ut dum viveret cantaremus unam missam de Spiritu S^{to} eodem die festo essent sui memores in memento et darentur p^{re}stantia vici.

^{simile} Item petit bonus Michael de Anderlaco quo ad missam de M. Maria V. quorum donatione quitati ^{suorum} sex floreni censuales.

Conradus Berheh qui plurimos libros in usum chori scripsit

Hoc anno 1479 in horto Christi prope Noerthingam obiit dominus Conradus Berheh professor g^o Herbipolensis, Cartusid scriptor celebris, Cantorque doctissimus. Vide biblioth. Carl.

Sexto Calendas Augusti Maximilianus Princeps numerosissimo in Morinos tracto exercitu veruannense opidum vallo ducto obsidione premere aggreditur.

Proelium Guinegatense

Septima Augusti memorabile illud ad veterem villam seu Guinegatam proelium inter Gallos qui veruannensibus suppetias veniebant cum

Marchuliano ambigue admodum fortuna alea committitur
Morsit tamen penes Principem utrum Victoria etiam non
inventa. Quod audiens Arenbergius in partibus Lesdiensibus
facile de proseguendo bello consilium erisit.

Sub id temporis Liberium ab Ramontio flammis deditur.
Franci Praesidiarii qui ^{et Germaniam} ~~et Germaniam~~ Petkiniam ac Janum Pauli
occupabant in Flandriam excurrant et evastant. Misera ubique
rerum facies et plurima mortis imago.

Anno praecipiti induciis inter Principem atque Regem
evenit ad proximas usque Calendas Aprilis insequentis anni.

Joannes Rex
Aragonum
moritur
Gratia Maximiliani
Principis

Joannes Aragonum Rex annos unum et octoginta natus
Barcione moritur, succedente filio Ferdinando magno.

Estal gratia Maximiliani Principis Convention facta
de non solvendis exactionibus sub ejus signo manuali
in pergameno de anno 1479 3 Decembris.

Margareta Austriaca
nascitur Bruxellis

ANNO 1480 quarta Idus Januarii circa horam diei
undecimam Bruxella Maria Dna ura filiana parit
dictam ad Sacrum fontem Margaretam. Fredericus
Cluniacus Presul Bonacensis eam in S Gudula Bap-
tismalibus undis tuncit. Surcepere Margareta Boracensis
Pugnacis Vidua Anna Burgunda Ravastaini uxor
et Joannes Phallonius Orangiol Princeps.

Mense Martio induciis inter Ludovicum et Maximilianum
adusque Julii initium, iterum ^{in unum annum} Atrabati propagantes.
Andreas de Bonaco professor D^s Capelle in monasterio schuel
secunde fecit professionem de licentia et mandato R^{di} C^{di} Cartusie
per epistolam sigillatam que ejusmodi tenoris est.

Litterae R^{di} Patris
ad Convencium n^{rum}

Antonius humilis Prior domus majoris Cartusie auctoritate Cyplic^{is}
n^{re} qua fungimur, super annum ordinamus per presentes et ~~senese~~^{senese}
injungimus quod sub poena inobedientie impleri volumus ut Andreas
de Cornaco hospes in domo n^{re} dⁿⁱ de gratia prope Bruxellam
Ordinis n^{ri} Cartusien ad statum ibidem profiteatur visis presentibus
prima die Cyplic^{is}, et de cetero pro professo ibidem habeatur injungentes
Priori et Convencium ut in hoc nullam difficultatem faciant nam
ipsius loco de Joannes de Colonia eorum professor in domo Capelle
profitebitur quod et similiter fieri volumus et jubemus. Datum
Cartusie XII Martii Anno dⁿⁱ MCCCCXXX sub sigillo dictae domus
in testimonium premissorum.

Insolentia Gandensium
Principes ex urbe
discedunt

Pere hujus anni Gandenses Ordinem Flandrie consensu maxime
meque ~~Dudgelle~~ dⁿⁱ instructu Maximiliano leges sumptuarias
quibus familiam instituit ditiones que regal scribunt qua
insolentia cum uxore Maria urbe discedens Mechliniam
contendit, eaque ibi relicta Medam et profectus inde Getrbergam
contensa que navi Rotodanum venit ubi in morbum
incidens adeo graviter aliquandiu laboravit, ut medici de
vita desperarent, sed tandem natura morbum superante
convaleuit.

Mutatio Priorum
in domo Gandensi
et Delphensi

In Capto n^{ro} non nisi admonitiones factae, et concessae Indulgentiae
a Sixto Papa intimantur oibus personis Ordinis et forte etiam
oibus fidelibus quous status Ecclesie bone exigebat. De Ludovico
Gottier Priori Gandensi ad magnas instantias suas et propter
infirmittates corporis factae est m^{ia} in cuius locum elegerunt
conventuales de Simonem de Hor^{reo} Priorum dⁿⁱ Delphensium

Curca cesi

professum suum. et Delphenses d. Gasparum Vander-Stock prof^o Cap^o
 Curcarum 30000 caesa sunt a Stephano Bartholo Bransbeane
 Transilvaniae Valvoda. Hoc eodem anno Mahometus obsedit
 Rhodum eumque fere necesse ^{divino} miraculo victus
 fugatusque fuit. Mox invasit Rhenum Siciliam Hyduntiam
 Civitatem Episcopus medium secuit populumque ut oris mactaret

Cœnobium Brans-
 figuratiōnis Jesu Christi
 in Reinschaw accessit
 Ordini

Cœnobium Brans figuratiōnis Jesu Christi in Reinschaw
 prope Zwickaw in Misnia Saxoniae fundasse circa annum
 1478 prehibetur; cui narrationi concordat Charta Capuli hujus
 anni que sic habet: Novam plantationem in Misnia
 ob reverentiam et devotionem illustrium Domini d. et Principum
 Saxoniae Matrisque eorum et aliorum Devotorum Ordini nro
 incorporamus in oie Prie et Fel et Sp. S. a. quam domum Brans
 figuratiōnis Jesu Christi Vallis S. Martini in terra Meynensi
 nominamus, et per totum Ordinem nominari volumus et eam
 Provincie Alemaniae inferioris adjungimus. De qua tamen
 in annalibus Cartusiae Ephordiensis haec fere totidem
 verbis leguntur: Sub Priore XVIII Ephordienti d. Judoeco
 Kristein viro eloquenti singularis magnaque industriae
 novellae Turculiae cepit et providi domum Brans figuratiōnis
 abductis in Cartusiana Ephordiana quatuor religiosi. Ordini
 vero dicta domus cooperante d. Hottorio Proposito Canonorum
 Regularium qui eam prius incolere, accessit. Ipsius enim
 et suorum pari consensu effectum est ut per Sedem Apostolicam
 Ordo Cartusienis ibidem erigatur.

Incorporatio d.
 Juliacae

Novam plantationem prope Juliacum Ordini nro incorporamus
 in noie Prie et Fel et Sp. S. a. quam domum Compassionis S. Mariae

in Cartario nominamus.

Primo Septembris obiit Generosus Dnus ~~Palatinus~~ ^{Palatinus} Walricus Comes
de Westenborek fundator Boni Lapidis Germanice Guitelstain apud
Trachium fuit olim Praepositorum Monachorum Benedictorum.

Utricus
Herbipolensis
Scriptor floret

Circa hunc annum ex hac quoque vita migravit Utricus Herbi-
poleus professor Horti Angelorum prope Wiceburgum sacre
paginae licentiatus non solum Divinarum sed etiam verum etiam
humanarum litterarum egregie quavis, prudentia excellens
ingenio acer plurimum tum oratione tum carmine lepide
deyante et decore composuit. Bibl. Carr. Lutor - Wollanus -
Insulam Francos praedantes vicinos fugant. Exinde Rex circiter
vixit virorum millia in ditionem mittit Lutemburgensem
Duce Carolo Armatigui primo in freta Vertonum expugnat. ⁷Frodium
per ditionem accipit ac in Franciam cum copiis revertitur.

Chimarus Luxemburgensium Praefectus congregatis circiter duobus
pedum millibus ac octingentis equitibus recipiunt exirentque
Arcem Haspream mittitque Maximilianus Chamberlain
Borum cum aliis quatuor virorum millibus et praedatorum
aliquot Castella apud Lutemburgios Hammores ac Leodios expugnat.
Exinde Maximilianus dimisso exercitu Lutemburgum venit
inargenturque. Invisit hic cum Archiepiscopus Breverensis

Notatur signanter
in libro fundationis
ob stallum quoddam
Anderlectu

Comitatus quadringentis equitibus.

Hoc anno conventio facta est cum monasterio de Chuch et
haredibus Dni de Mol. Canonici Audalectu et concordatum
de anti. Hadis sc. den. obstal ante domum ante domum Dni
Patri fabri videtur de eius distinctione habet in littera de super
facta illo et puto satis distinctum fuit per novam plantationem
et parva fossata, de quo anti. Hadis iam controversia est cum fabricis minimis

260
 Eleemosyna
 Domicelle Catharine
 Vanden Bossche
 Beytra

Eodem anno Domicella Catharina Vanden Bossche ^{quina} ~~Regia~~ ^{Prussellens;}
 dedit pro sustentatione unius Monachi hortum unum cum trebus
 Dominibus superstantibus dictis de Clootbaue sub censu 11 lib. moneta
 usualis unius caponis que aestimavit ultra onera ad xx Rhenen quod
 ipsa levabit in vita sua et Magister Nicolaus Ory (cujus testimo extimda
 fecit) post obitum dicta Domicelle si ipse superviverit et fecerit officium
 missarum et aliorum que promisit, et post amboorum vitam venit ad nos.
 Feria sexta infra octavas Assumptionis B. M. Obierunt Magister
 Joannes de Groot Cancellarius et Sigillifer quondam Sorabantis later
 Confratris nri et Joannis de Groot. Et eodem die Magister Nicolaus
 Bliens Doctor Lovanii qui ambo fuerunt magni amici hujus Domus
 et benefactores in vita. Et hic D. Nicolaus pro Anniversario suo et
 pro quibus desiderat, hic annuatim celebrando legavit xx Rhenen
 semel ad unum Rhenen ^{annuum} ~~annuum~~ et aliquot libras. Item octo modios
 Seliginis mensura Ibridonis perpetua intente D. Marcellii qui sibi
 in seculo servivit in scholis regendis in Flandria fere XI annis.

Magistri Nicolai
 Bliens petitio et
 eleemosyna

Item petit ut Prior hujus Domus habeat curam filii sui naturalis
 Nicolai in levando reditu et suot et disponendo eum ad scholas usque
 ad xxv. etatis annum ut possit fieri Religiosus quod Visitatores et Prior
 Cartusie consentit.

Obitus Dni Joannis
 de Monte Tribis
 C^o Antuerpiensis
 et benefactoris hujus D^o

In profecto Ibtudna obiit V. P. D. Joannes de Monte, Prior Antuerpie
 qui propter ea que contulit ad construendam cellam ut supra narravimus
 languens in infirmitate de qua occubuit ex informatione P. Visitatoris
 Arnoldi dedit 10^o octobris ad opus nove ecclesie perficiende
 x lib. gross et crebras pitantias conventui frequenter transendo
 per hanc Domum adiens Visitatorem Capella quia habuit et
 curam bonorum Cartusie, et libenter refocillabatur hic super
 tadio officii sui.

G. Arnoldus Koerman
 Prior Capelle ad
 Episcopum Cameracensem
 de Bergis in reformatione
 monasteriorum Diocesis
 suae. Vide infra
 hinc (pagina sequenti)

Item eodem anno in mundis Septembris P. Visitator G. Arnoldus
 procuravit ad novam ecclesiam perficiendam a Patribus Ordinis sex
 libras et post electionem novi Prioris Antuerpiae G. Henrici ^{De} ~~un~~stant
 adhuc obtinuit ab eo 111 libras Die 1 Lucie unde redit infirmus
 sed Zelum Dei habens sollicitavit tam Lovanii quam hic Bruxellis
 apud Episcopum Cameracensem pro manutentione reformationis in-
 ceptae Monialium de Ghelinhien cuius ipse fuit procurator
 et principalis promotor.

Circa principium anni obierat ^{Joannes} Pater de Burgundia Episcopus
 Cameracensis qui dictae Diocesi procurator 40 annis. Successit
 ei Magister Henricus de Bergis doctor utriusque juris dictus
 Prothonotarius. Hic primo anno Episcopatus sui in Die 1 Martini
 fuit in domo Capelle et comedit in refectorio et dedit 4 coronas
 aut circiter, et G. Arnoldus adjuvit eum reformare monasteria

Hyems valida

Annus 1481 satis luctuosus fuit Ordini nro et provinciae
 nrae propter prestantissimos et exemplares viros quos
 per morbum amisimus. Erat hoc tempore intentum gelu
 et hiems valida nociva senibus. Ex is causis forte morbum
 incurrerunt sed et vinee ac arbores multae fuerunt mortificate.

Moritur G. Nicolaus Falconis
 Doctor alias Valkensis

Circa Episcopatum obiit Magister Nicolaus Falconis doctor
 in medicis socius quondam M. Henrici Loen tam in promotione
 quam in Porcesi fundatione et gubernatione Pedagogii. Iste
 fuit Archidiaconus Antuerpiensis et Canonicus B. Mariae
 Cameracensis. Hic acquisivit nobis indultum Apostolicum
 pro Ordinibus suscipiendis a proximiori Episcopo sub Nicolao Capav.
 Habet in hac domo ^{anniversarium semel} abum quae dedit centum Petros annis
 et superius gratias pitantid.

Obitus Prioris
Dni Henrici Loen
primus Prioris
hujus domus

Altera S. Antonii obiit D. Nicolaus Kerker Amsterdamsis
monachus, domus Ultrajectinae qui per xxv annos continens
devote et cum labore sudavit in officio Sacristae, in exemplum
longanimitatis et patientiae aliorum. Tertio februarii obiit V.
P. nr. S. Henricus Loen Vicarius D. Capellae. Hic ante ingressum
ordinis fuit Baccalarium formatus in theologia Lovanii.
Vix magnum scientiae et fandi et bonae vitae, natione Lovaniensis
Sui in prima formali promotione dictae Universitatis fuit
primus, et fundavit Pedagogium Porcense cum socio supra
dicto Magistro Nicolao Falconetta et diu resit. Fuit etiam
et si voluisset ibidem permanere fertur quod ipse fuisset
Canonicus (vel Decanus S. Patri) sed divina inspiratione
preventus intravit Ordinem nostrum in domo Capellae
receptus a D. Laurentio de Muschkel circa annum 1441
in die Assumptionis B. Mariae. Fere per totum annum
novitatus fuit infirmus. Post professionem institutus est
Vicarius, Deinde absoluto S. Laurentio electus et in
Priorem D. Capellae, quod officium laudabiliter gessit et fuit
Curisitor hujus Provinciae circiter 8 annos, sed anno 1456
fundata domo Prudellensi quam ipse foveat erigi procura-
torum ex a Patre Reverendo (ipso nesciente) quod hic absolutus
ibidem rector institueretur. Extitit autem ibidem Rector et Prior
circiter xxix annis. Post hoc auxilio Dni Arnoldi Prioris
hujus domus (Capellae sc.) impetravit a Capto generali niam
et sic reversus est ad domum hanc matrem suae Professionis
anno LXXV, et anno LXXVII mortuus D. Laurentio Vicario
domus hujus factus est iterum Vicarius plerumque tribus annis

alias de Valkenisse

Gymnasii Porcensis
Institutor ac Rector primus
obit Henricus de Loen vir
sapientia et vitae sanctitate
celeberrimus qui v. g. v. m.
quaribus Academicis
Rector anno
fuit. Cumque annis
jam pluribus Gymnasio
praesidisset anno ut acade-
mia condita circiter XIV
Jacobi Carthusianorum
Ordini sese voto adstrinxit
in eoque exactis quadra-
ginta annis obiit sua
anno LXXV Christi 1481
Obit. Haec Nicolaus
Vota Veruulocus in
Academia Lovaniensi

Henricus a Bergis
Secundus. Victum impatiens et ceteris, succurrebat laborantibus, orabat frequenter. Docere etiam
docendi genus saluberrimum, ac optimo illi, a vici Deo gratius, quam laborantes recte monendo, conciliando
ad viam reducere virtutis, quod ille strenue faciebat. Et officium quoque et studia coluit, studiosos amavit.
fuit propositus Harlaentis in Chron. Brabant. Reclat et Episcopus anno 1480 unde Chronographiam
& ecc. Sacerdos magnus qui in diebus suis gloriabatur Deo se ad datur haec verba: et vivebat iustus.
annus mortis indicatur 1480.

Episcopus Cameracensis vir fuit nulli optimorum antestitem pietate aut alia viri tunc genere
Victum impatiens et ceteris, succurrebat laborantibus, orabat frequenter. Docere etiam
docendi genus saluberrimum, ac optimo illi, a vici Deo gratius, quam laborantes recte monendo, conciliando
ad viam reducere virtutis, quod ille strenue faciebat. Et officium quoque et studia coluit, studiosos amavit.
fuit propositus Harlaentis in Chron. Brabant. Reclat et Episcopus anno 1480 unde Chronographiam
& ecc. Sacerdos magnus qui in diebus suis gloriabatur Deo se ad datur haec verba: et vivebat iustus.
annus mortis indicatur 1480.

id est usque ad obitum suum. Erat tunc annorum circiter LXXV. Hic fuit multum pius, mansuetus, dulcis, zelosus et in magno fervore humilitate obiit. De eo consultat lector Borlandum lib 7 Cap. 31. Lectorum Arnoldum Bostium et librum fundationis ubi & Marcellus Voth prolixe describit quam pie ^{et} devote vivendi finem fecerit.

Hunc exiuntem cum Prior suus honorabilis & Arnoldus Haermannus cerneret graviter in corde ingemiscens exclamavit: Quorsum mihi pater, tu pergis, et cur me hic in claudis derelinquis? Minam tecum nunc moriar, qui vivere sine te non valeo. Sed certe non diu dimisit eum hic quia nona die sequenti secutus est eum. Et merito eum tenerrime dilexit quia fere 60 annis singularem conversationem habuerunt ad invicem tam in seculo quam in Ordine. Ipse enim Pater Henricus fuit Magister et Pedagogus & Prioris Arnoldi Lovanii in Pedagogio Torci. Postmodum Monachus factus in domo Capelle eundem Patrem Arnoldum tunc Scholas in Geraldimonte regentem induxit ad Ordinem suscipientem. Est dem Henricus Prior Capelle postmodum effectus dictum Arnoldum recepit ad Ordinem. Jam de obitu dicti Patris Arnoldi verba Chronicorum domus Capelle in medium proferamus.

Ad meliorem vitam migravit P. Arnoldus Haermann Prior domus Capelle et Visitator Provinciae

Anno MCCCCXXI XII die februarii obiit Pater noster & Arnoldus Haermann Prior hujus domus ac Visitator principalis hujus Provinciae Flandroniae: principalis quidem decem annis et Convisitator XI annis. Hic ergo Pater Arnoldus ante ingressum Ordinis fuit Magister Artium promotus Lovanii in Pedagogio Torcensi et vixit scholas in Geraldimonte. Post haec aliquot annis secularis Sacerdos et Capellanus S. Georgii. Fuit vir maturus et severus Castus bonae fidei et magnae reverentiae in populo. Item postea anno

1449 intrauit Ordinem nostrum, receptus in Domo hac et
 vestitus I Patris ad Vincula a D. Henrico Priore hujus Domus
 qui et fuerat epus Magister in Pedagogis. Ingressus itaque
 Ordinem magnum speciem religionis ostendit perueniens
 devotus et zelosus. Postquam vero circiter VII annis in Ordine
 steterat laudabiliter initiata est Domus Bruxelle ad quam
 primus Vicarius missus fuit. Sed cum ibidem auctoritate
 R^{di} Patris D. Henricus Prior hujus Domus est Prior institutus
 primus, dictus D. Arnolus canonica electione mediante
 factus est Prior hujus Domus annis 1456 Circa initium
 octobris, quod officium administravit strenue plus quam
 XXIII annis, id est usque ad diem obitus sui. Vir valde
 fidelis et industrius tam in spiritualibus quam
 in temporalibus. Vir inquam, magno fidei et experientie
 religionis et reputationis tam in ordine nostro quam in seculo
 sub capite regimine Domus ista multum erecta est tam in
 edificiis quam in redditibus usque ad XXV lib gross perpe-
 tuorum reddituum. Tandem confectus senio annis etatis
 suae circiter 68 postquam in Ordine fuisse XXXII annis
 cum bona fide spe et charitate et veritate sententiarum usque
 ad ultimum diem, sumptis Ecclesiasticis Sacramentis
 obiit anno et die quo supra. (emisso clamore magno expiravit)
 Haec verba quidam fratrum nostrorum admiratus fuit nec
 tamen illi in hoc dissimilis finis fuit, quamvis non clamore
 valido tamen et honore exultatu ipse quoque expiravit.
 Vide Dordaneum Cap. 7. cap. 32 et librum fundationis R^{di} n^{ost}re Bruxellensis.

Ex quo pauca haec accipe: B Arnoldus circa tempus matutinam
 in praesentia duorum Priorum Bruxellensis sc. et Sylve S^{ti} Martini
 et Vicarii sui in aegritudine tua instituti, sc. de Jacobi de Brussalia Relandi
 quique ei in Prioratum successit viam universae carnis ingressus est
 securus amicum suum B Henricum: Unde non modica illi domini
 et huius Bruxellensis tristitia, moror et quodammodo desolatio facta
 gemitus et lacrymae eo quod tam spectabiles duos Patres omnium
 consolatores educatores protectores et adfutores amiserint. Speramus tamen
 in quod meritum nos apud Deum plus nunc adjuvabunt quam
 in vita potuimus quibus ipse dignetur concedere vitam suam
 perennem amen. Nos vero permixime esse memores eius
 in orationibus nostris et grati tenemur de innumerabilibus beneficiis
 huius domini impensis et procuratis, de quibus pauca referre poterō
 ad investigationem maioris amoris et incentivi ad precandum pro
 eodem, et in aliorum exemplum. Tempore Prioratus sui multa
 largitus est huius domini de bonis domus suae in pecunia et
 spiritantibus vino in avena feno frisis piscibus, lignis pomis quiris
 cerasis blandis et diversis fructibus seminis rapparum sinapis
 et aliis spanno vestibus et ejusmodi, saepe magnam summam
 pecuniae ^{mutavit} ~~mutavit~~ nobis. Multa procuravit nobis a diversis
 primo a Curato Wand & Andrea Gossini cellam cum dotatione
 ad XVIII Rhenū, secundo cellam Ducissae Margaretae cum dotatione
 ejus per Leonardam cubiculariam ejusdem ad XX Rhenū, tertio cellam
 S^{ti} Jacobi de Westayis cum dotatione ad XX Rhenū, quarto cellam
 S^{ti} Antuerpiae et pro eorum ecclesia LXI Rhenū et plura alia
 procuravit. Cujus memoria sit in benedictione.

Justa lacrymae

Beneficia Patris
 & Arnoldi huius
 domini Collata

Obitus R^{di}
Patris & Antonii
Dellieux Generalis
Ordinis nostri.

Bulla Sexti quarti
habetur inter privilegia
Ordinis. fol 44

Patrie Status

In die S^{ti} Valentini 14^{to} februarii obiit quoque R^{us} in Christo Pater
& Antonius Dellieux Prior Majoris Cartusie fuerat ante Prior
domus Avinionis. Vir magne scientie et fame in cuius locum
alius Antonius suspectus est cognomento De Saruo.

Visitator huius Provinciae D. Gerardus Spronck Prior Dⁱ Monasterii
cum D Simone de Hoerck, Prior Dⁱ Gandensis.

XVI Calendas Aprilis Sextus quartus concedit certas indulgentias
Ordini. Item confirmat privilegia, Indulta extensiones et
confirmaciones a Predecessoribus concessas. etc.

Vere anni 1481 Maximilianus iterum atque iterum in Hollandiam
profectus bellum Honckii inferit. Capientur Capita aliquot
Honckiorum et securi percutiuntur. Nonis autem Maii posteaquam
res Hollandias exanimi sententia confecisset Bruscoduci numerum
Equitum Aurei Velleris supplid, filiumque Philippum tremulum
equitem creatum aureo torque condecorat. Venerat et Maria iterum
genua Bruscoducum ut cum marito inauguraretur, scenamque
liquam medio foro erectam ascenderat. Ea repente ceremonie
novum finitum rumpitur. Maria cum omnibus qui in scena
stabant preceps fertur nemine e eadem se sanciente nec conserente.
Maximilianus movet in Geldros et Neomagenses qui agros Hollandie
et Mabantie continuis incursionibus vastabant; quibus domitis
Maximilianus cum uxore Neomagum profiscitur ac in Geldria
Duces inaugurantur. Uxore Maria Bruxellam remissa Ruremonda
militem cogit ac Vennecloum obsidet.

Octava Junii terra aliquot per Capturam S Gudule a decimis
eximuntur, ut patet in libro fundationis domus S^{te} urve.

Quidam Decanus Cicerentis et quidam Ordinis Predicatorum et tertius laicus factor locum in Schuel prebierunt qui non perseveraverunt.

De Joannes Hac rediit ex domo J Anne Brugis in qua fuerat hospes. Circa natiuitatem B. Virginis uenerunt hic ex testamento Magistri Nicolai Ory Capellani Beginarum Brussellensium tres casule cum albis, et quatuor mapis et corporali in Bursa, et glossa ordinaria Bibliid in quatuor magnis voluminibus. Hoc anno spates argenteae perfecte sunt. Tertiam dedit Lucas de Hobays miles in Flandria. Et aliquot reparationes factae in domo.

Nicolai Ory
Capellani Beginarum
testamentum.

Caristia in terris istis

Hoc anno fuit magna caristia fere in omnibus nutrimentis hominum, quae durauit eiciter duobus annis: ita quod modius bladi interdum uendebatur ^{per} libra grossos et amplius. Notatur ab historici Austrolabii Nantici inventis hoc anno et in Hispania inquirenda fidei tribunal institutum fuisse a Ferdinando.

Postidie Cal. Sept. nascitur Brussellae Maximiliano filius Franciscus qui 23 Decembris sequentis obiit.

Mahumetes u. Burcarum Rex 1x et Orientis Imp. 1 qui Constantinopolitanum et Brasenantinum imperia Christianis eripuit 3 mai 1481 moritur abatus 51.

Maria Princeps
ura moritur

ANNO 1482 Maria desideratissima Princeps ura cum corporis ingenique summo vigore et alacritate esset annuumque uigesimum quintum, Principibus quintum menses tres recesseret auctupio ~~animum~~ ^{animum} oculos que ut intendit non procul a Maximiliano marito uenante asturcone cespitante eoque ephippio male cincto delapsa atque aboris subiacentis trunco

impacta contusis graviter artubus Burgas refertur. Evocantur
e variis locis peritissimi medici. Perum malo omne medicum
respuente post tres tandem hebdomadas quinto nempe
Cal. April. in ipso vernanti otalio flore, annos quinque
supra viginti non amplius natus e vivis recessit.

Iusto infinitoque dolore post obitum apud omnes relicto.
Sepulta est Burgis in B. Virginis Basilica pro altari
Principis. Petrus Magnus Presbyter Bruxellensis hoc
epus funeri appendit Chronographicum.

Gestit eglio Maria a Lipedes proVertere Cervos

VI Cadit ac Belgis fllera flenda parte

Philippus Austriaeus epus nomenit primus Maximilianus
et Maria Principum filius annos quatuor natus in
maternis transit ditiones. Ceterum Gandenses annuentibus
Flandria Maximilianum Maria conjugem orbatum
aspernantes Philippum Comitum ac Margaritam epus sororem
invito Maximiliano Patre Gandavi detinent pro arbitris
autenticis abque nomine Ordinum Belgicae tutelam usurpant
de subditorum bonis vitaque pro libito disponentes. †

Ariense oppidum
Gallis proditum

Scato Calendas Augusti Joannes Dalehainius Bohemi Dux
Ariensis Opidi praefectus ope aliquot nobilium avaritia infamum
a Gallo Rege corruptus eis opidum tradit. Promiserat Rex Bohemo
Decem milia aureorum liliorum in singulos dum viveret annos
ac praefecturam ordinariam centum lanceariorum Equitum
in Communi veroci ceterisque numerabat nobilibus milia
triginta. Sed ne hoc publicaretur turpitudine Rex justum exercitum
ad obtinendum opidum Duce. Cremeris mittit qui partem

† 12 Cal. Augusti, Maximilianus convocatur Prostantis ab eis liberorum
duorum tutor constituitur.

Inglorius proditoris
obitus

murum ac munitionum ^{tormentis} ~~consuetis~~ Similiter Franci invasionem Cohens
moram. Colloquuntur, fit invidis civibus deditis. Cohens vero in Franciam
Demigraus Rege promittis non stante summa cum infamia pauper obul
vitam terminavit. Suique Principes proditorem amant, proditores detestantur
Et ratio est quam ^{Vel} ~~est~~ Solymus bazarum truculentissimus Imperator
de quodam Bajazetis medico pronuntiavit Veteri Deo infidum
Novo fidum non futurum. Vide apud Lipsium lib 2 Mont Pol cap 8
in sextid exemplis numero VIII.

Ludovicus Borbo-
nius 82 Epus
Leodiensis interfectus

In fine Augusti Leodii circa domum nostram interfectus fuit
Epus Leodiensis Ludovicus de Bourbon unde postmodum magnam
disturbium fuit in terra Leodiensi ab ipsis Leodiensibus et Brabantibus
sic in libro fundationis nrae: Mensis enim Augusti die trigesima
quae Veneris erat Wilhelmus Arenbergius ab Ep'o proscrip'tus
adjectis sibi Gallis et exulibus et aliis proscrip'tis et fugiat ^{ossimis} ~~ostimis~~ quibusq;
Leodium impugnaturus adveniebat ab ea parte qua Carthusiani
sunt. Quibus Epus cum suis obviam procedens cum in angustias
quosdam viarum incederet unde effugium non patebat ex
intidicis est a malevolis interfectus qui hoc officio gratiam
captabant Arenbergii. Ep'i occisi corpus etiam sepultura privare
voluit (Nentius ~~et~~ dicit in Mosam profectum sed a Monachis
extractum) tandem vero intra urbem delatum sepeliri, sed sine
omni solennitate passus est. Fidei calendae Sept. ante aram
majorem S Lamberti. Urbe potita Arenbergius in idem in modum
tyrannidem Ep'i interpeti exaggeravit cujus nomine tanta calamitates
per Brabantos Leodiensibus inflicta sint. Maximilianus haec intellecta
adfectus tribus quatoris Brabantibus Lovaniensi Bruxellensi Antuerpiensi
e vestigiis in eruis fuit, Hasselatum cepugnat S Brudonis apudum

Pontus Haberus
scribit Arenbergium
Mercurium primum
Prasuli Valnus
in jugulum
intulisse

Brabantiarum in
ditione Leodiensem
irruptio, et eisdem
per Breubergium
depredatio

Burgros per ditionem accepit. Promptissimo animo Leodiensem sperabat
expeditionem ut exemplum ederet facta vindictae de Ebro, et patriam in
tuto collocare. Breubergius sibi metuentis evocato privatus ad colloquium
Massovio obtinuit ut quasi factis induciis Brabanticus exercitus una cum
auxiliis dimitteretur. Quo facto veluti su blato metra Leodiciensis incendiis
direptionibus tota Diocesis Leodiensis sursum atque deorsum turbata
fuit cum et Breubergius ipse suum negotium agens exemplum de
se flagitiosis daret. Mortuo Ludovico tres contendunt pro episcopatu
Filius Breubergii reprobatum, Horneus concordat cum Grogo Prunotatio
et a Summo Pontifici confirmatur.

Hoc anno empti fuerunt in Schuch circa XXI Phoeniceanum, item
XV journalia terra arabica in futurum sub spe quod in futurum ibi ponemus
facere puteus lapidum ut habetur in registro hoeredum.

In fine Octobris sepelivimus supra sepulchrum Magni Zigeri de Hasselt
Domicellam Anuans de ~~Vilors~~^{magistri} uxorem de Groot qui postea translata et
sepulta est cum H. Carolo epus marito ante cellam ejusdem H. Caroli pro
tunc Cancellarii Brabantiae.

Domicella Anna
de Vilors sepelitur

Circa idem tempus fecimus librariam vestram super Capitulum.

Pax inter Maximilianum
et Ludovicum Regem

Intra octavas Nativitatis demum facta est. Bruxellae pax facta inter Regem
Francie et terras istas ^{inter} quas ad XV. fore annos fuit guerra et interdum treuge
Item die Epiphaniae lectus est tractatus dictae pacis articulationem Bruxellae
continent XXIIII folia papirae. Et in gaudium nobis opidem
XIIII. gallas vini Rheuensis.

Sic etiam Locrius: Nono calendis Januarii pax inter Maximilianum
et Ludovicum iniquissimis conditionibus intercedit arrogante contra
maiorum ^{Flandrorum} urgente qui Philippo et Margareta Principibus suavis
quorum custodiam arripuerant freti, eorum ditiones Parte in Germania

amandato, pro animorum libidine moderari ardebant. Hinc et Divo Iustachio
Maximilianus conferebatur quod illi filiam ^{filiam} leu et ^{leu} rapinissent et recte
si per Leonem Ludovicum Regem ad quem ex facie lege Margareta sequenti
anno perducta est per lupum vero Gandaves intelligat.

Arenbergii exercitus
attribus

Anno 1483 quarto Idus, Januariis Arenbergius ex urbe ac municipio
Ledienti contractis copiis quam potuit amplissimis cum obsequio castrum
Hollonid liberare vellet, Brabantii qui illud obsidebant Arenbergii exercitum
pene universum contriverunt. Periere (ait Hentensius) e Lediensibus tria
virovum millia, capti multo plures tormenta omnia cum lignis mili-
taribus in potestatem redacta. Ex Austriacis circiter quinquaginta cecidero.
Liberationis domus nra addit pacem factam inter Brabantios
et Ledenses circa octavas Pasche et conditiones describit Hentensius
Led in historia Ledienti non fit mentio nisi pacis facta cum Henrico
sequenti anno.

Per id tempus Maximilianus cum Philippo filio Gandavi erat.
Venit legati Regis Francie petentes in postremae pacis leges que
Rex fecerat, juvaret filiam Margaretam Belgino promissam
in Franciam nutriendam mitteret. Jusjurandum Gandavi
in templo S. Joannis finto sacro publice prestatum. Margareta
paucis post Hordium a Gandensibus perducta traditur ^{Crevecoeur}
qui cum sponsa infante prostridie calendis Junii Parisios pervenit.
Honnulli e Brabantiorum nobilitate civitatibus ^{suas} persuadere conati
se Flandris jungerent ne Maximiliano tutelam liberorum permi-
tterent. Capti Viborda capite sunt puniti interque hos Nicolaus
Reetvelius consul Antuerpianus ac aliquot alii. Sed ponamus

Princeps Maximilianus
Captivus quosdam

verba libri foundationis.
Anno 1483 feria tertia in Rogationibus Princeps Maximilianus

fecit aliquos capi de Bruxella Loviniano, et Antuerpium Mechlinia
 et horum aliquos fecit decapitari in Castro VVordde et aliquos
 bannivit. Unde fuit magnus terror guerrarum inter Principem
 et dicta opida et Gandenses et terror ingens in populo et nisi
 Deus preservasset nos de sua gratia potuisset fuisse magna
 commotio seu seditio inter Communitatem et Dnos sed pro parte
 cessavit. Verum turbatio inter dictum Principem et Gandenses
 una cum aliis Flandrensis non cessavit.

Obitus fundatoris
 domus defensionis
 B. Marci apud Xerxia
 in Hispaniis

Hoc anno 18 Martii ad meliorem vitam migravit nobiliss et devotus
 vir Alvarus Obertos Civis et Rector Xericiensis fundator Dⁱ
 Defensionis B. Marci prope ^{in Mexiam} Civitatem vulgo Xeres de la
 Fronteca ad columnas Herculis. Et sequenti anno domus
 incorporate fuit Ordini ~~no~~ nro.

Item Godefridi Lech-
 nich quondam
 Abbatis apud S. Panta-
 leonem Coloniae ex
 Ordine nro Assumpti

Hoc pariter anno natura concessisse traditur D Godefridus
 Lechnich, primo professus Cartusie Coloniae deinde, deinde
 in Abbatem ad S. Panta-leonem. Ordinis Sⁱ M^{edicti} electus
 omnium suffragis. D Joanni Deductione itidem Cartusiano
 non pari eventu successit. Reliquavit namque ~~Biennio~~ ante
 obitum officium hoc, atque ad Praeposituram prope Lucense
 monasterium divertens illic diem suum obiit. Vide bibliot. Carr. fol. 219

Joannis de Roze
 Sepelitur

Mounulli Patres de Capto generali ad Hispaniam Cathaluniam atque
 Italianam ad visitandum domos nri Ordinis mitti qui per totum
 Ordinem orationibus fratrum se commendari desiderarunt.
 Quarta Julii fuit in Schuch sepultus Joannes de Roze
 Pater f nri Monachi qui a multis annis beneficiis
 domi huius in multis et reliquis post obitum suum et ~~et~~
 ejus adhuc viventi unum horem habitum stantem iuxta

Aestas magnus
et pestilentialis

ecclesiam de Molubeca yroum patet in registro
Iste annus fuit in ~~Schuel~~ ~~separatus~~ quo ad aestatem valde calidus et
in multis locis pestilentialis valde, imo in mense plures ex aestu obierunt
in his partibus. Nam unus operariorum nostrorum scilicet Walterus
Hannemam bonus et legalis operarius XVIII Julii tactus fuit tanto
aestu quod post grandinum circa horam quintam desecando triticum
vrum in valle juxta Sturenberchi subito cecidit et loquelam et cognitionem
amisit et ibi juxta dumum infra horam postquam desit operari
spiritum emisit.

Quo Vicarii et
Dno Procuratores
uno anno mortui
sunt in Domo
Ultrajectina

Item die XVI mensis Junii Laurentius de Leydis professor et Vicarius Dⁿⁱ
Ultrajectinae mortuus inventus fuit.

Eodem anno scribitur in monumentis ejusdem Domus obiisse prima die
Decembris Dⁿⁱ Henricus de Horn professor et Vicarius

Item Dⁿⁱ Joannes Start de Clivis professor et Procurator dictae Domus obiit
in Crastino S^{ti} Martini et Dⁿⁱ Nicolaus Theodoricus de Amsterdams itidem professor
et Procurator obiit in ^{no} morte S^{ti} Andree, sed non traditur quo morbo. Michi

Civitas Ultrajectina
obsessa a Maximiliano

facile persuadere fuisse contagiosum, quia haec civitate obsessa fuit civitas
Ultrajectina a Maximiliano eo quod teneret partes Houthiorum et Antiliten
Burgundum oppressum captumque in urbe Amersvoortinae factionis apudam
tertio ab urbe militari distans relegaverant Houthii postaque copia succurrerunt
Morbi autem fere ^{semper} contra sequuntur. Bedita autem fuit civitas Maximiliano
pridie Calendas Septembris.

In hac obsidione occubuit Judocus Lalanus Monteguii Regulus pridie nonas
Augusti.

Godofridus Gerardi
Moritius Donatus
pro defensione

Sed et nros memoremus Godofridus Gerardi receptus in donatum, sed mundum
professor ipso die fuit Moruardi Abbatis ex vulnere quod suscepit pro defensione

Domus Ultrapectina
oecubuit
Eduardus Rex
Angliae mortuus

Domus ista Ultrapectina hoc tempore obsidione civitatis obita. Hoc anno circa festum Pascha obiit Eduardus Rex Angliae frater Margareta Ducissa Burgundiae qui ante mortem fecerat filium suum regem in regem, sed non diu quia patrinus prevaleuit.

alias pridie sabbati die

Secundo Cal. Sept. obiit Ludovicus undecimus vespere circa horam octavam sepultusque est ad fanum Mariae Clarie quam ^{visit} ~~venerat~~ ^{semper} coluerat ac ubi condidit voluerat.

Ludovicus XI
Galliae Rex mortuus
quo nemo mortalium
unquam majorem
tremore exhorruit
mortem

De ejus obitu sic Lipsius in multis exemplis potestis: Ludovicus XI Galliae Rex aetate et valetudine jam inclinante medicis blanditur et curi moribus promittit aut donat. Deinde et Sanctos Viros (in iis S^t Francis Franciscum de Paula) evocat et e silvis educit, quibus vitam suam non emendandam sed propagandam commendat. Carito interea metu ut in arce munita et fenestris ipsis atque omni aditu clathris ferreis obducto sese includeret: id est quid nisi in spontaneam Carcerem daret! O miser! hoc assidue times quod semel faciendum est! hoc times quod in manu tua est ne timeas. Regnavit 42 annos tyranno haud valde assimilis. Sub ipso Capite pleari ^{vide Nantouillet} 1468 Comes S^t Pauli 1475 Comes Darnignac 1472 Dux Nemours ¹⁴⁷⁷.

Succedit Carolus

Succedit Carolus 8 annos natus 13. et mensis duos, non tamen statim coronatus quid, sed spectatum et usque ad finem anni sequentis quo 14 annum explevit. De quo Carolo idem Lipsius scribit: Ludovicus XI Henricum filium Carolum omnium bonarum artium eundem voluit ne esset, ut aiunt, in consiliis expiendis refractior et tenacior sui sensus. Et mirabile hoc est assecutus, nam illum jam regem duo vel tres homines et ii ex vilissimis hinc illuc quo suo arbitrio circumlegerunt. Hoc tantum voluit scire ex lingua labiosa: qui nescit distimulare, nescit regnare.

totum cimiterium
ambitus consecravit

In profecto J Jacobi Episcopus Bagnen Suffraganeus Cameracensis Dominus
Godfridus Ordinis Carmelitarum consecravit et dedicavit cimiterium totum
magnum ambitum et hortum in medio ipsius gravis.

Die f. Bartholomaei tempore Visitationis Visitatores absolventur Sacristam & Arnoldum
Calote etiam conclusa Visitatione post gratiam eorum et causa et ordinarunt
& Mathiam ^{sacristam} qui postea fuit Prior.

Fons deducitur ad cellas aliquot Religiosorum liberalitate quorundam
bonorum virorum.

Clericus reditus
recipitur qui non
perseveravit

Magister Franciscus Waelen de Brunzella ad statum clerici rediti et
postea Bonati de licentia & Gerardii de Haerlem Prioris Monachorum
et principalis Visitatoris qui sequenti anno a nobis recessit et dedit
pro expensis suis XXX Rheneus et pro thuribulo XV Rehen.

Hoc anno 23 Martii obiit J Joannes Moens conversus laicus qui minus
Discretus notatur fuisse in potando post sudores et calefactiones.

Martinus Lutherus
nascitur

Hoc item anno Martinus Lutherus fax et turbo Republ. Christianae
in Saxonia nascitur et quavis Deus misericordiae providentia sua
plurimos illi antagonistas praestanti pietate et eruditione suscitavit
qui illi statim in initio restiterunt et tamen hodie resistunt
occulto tamen sed ^{semper} facto ^{judicio} peccatis nris promoventibus integra
regna et nobilissimas provincias iidem suis haeresibus et dogmatibus
dementavit et adhuc dementat.

R. S. Joannes Cortius ex Abbate J Sulzici .87 Archiepiscopus Rithuracensis
episcopus ^{procer} egregius J ^{procer} predicator, et in omnes suae Diocesis ecclesias magnificus,
summo amore prosequabatur religiosos praesertim Cantusid majoris
quos fratres et amicos in Christo carissimos vocabat, et ^{quibus} 7 lib buronem
annui reditus concessit 10 pl Anno 1476. Obiit 1483 25 Junii.

Anno 1484 undecimo cal. feb. obscura nocte occupant viginti pedes
Austriaci Amers^{nov}notium quod congelatis fossis custodias negligenter
custodissent.

Maximilianus eodem tempore in Hannoveria filii Philippi tutor
admittitur. Inde Cam^{era}acum calend. februarii veniens divertebatur
in Abbatia S. Aulberti, et ibi a Philippo Civis Lancastrutis Mar
laimontius occiditur et legatos Gandensium captos et quod duxisset
in uxorem Gullicelmi Marcani (civis?) hostis in uxorem.

Lepido thatagemate
Beniamond a
Maximiliano inter-
ficietur ante Adventum

Maximilianus considerans Gandensium se ad bellum parere inci-
diatur opidis circa Gandarum litis. Instructi Mechlinia planitie
trid, imponit juvenes accessivos, quorum pars inter sacrarum
virginum vestita facies fuce obductas habebat. Abbas in medio
sedens cuniculum sibi fovebat. Qui in altero curru sedebant
Monachorum vestibus erant induti. Qui in tertio mercatorum
in morem induti vestiti: sub vestibus omnes armati ~~longis~~ breves
gladios ad latera ferebant. Cum in porta benoram ondante currus
starent custodesque pauci abbatum alloquerentur Ceteri subito
desilienter pulis custodibus portam occupant ac equos solvunt.
Ated statim Maximilianus cum octingentis equitibus sequatur
in opidi ingresse aliquandiu strenue. Cedit a ponte Maximilia
nus Solus Jacobus Ursanus Comitis filius a vicium parte
plures qui tandem in fugam confecti Maximiliano opidum
relinquunt. Deinde astuta solertique prudentia que in civilibus
bellis plusquam aperta vis potest Audenardam potitur.

Gerardus Spronck
de Haerlem Prior
Monachorum et Visitator
Provincie munitur

Calendis Aprilis obiit in Domino Ultrajectinae D Gerardus Spronck
Prior D^s Monachorum et Visitator Provincie.
et D Gerardus Spronck alias Haerlem Prior D^s Monachorum fuit

ante ingressum Ordinis Praedicatorum formatus in theologia et regens in
 Falcone, et antequam tribus annis genere staret in Ordine factus ab Prior.
 Vir magna scientia fandi ac religionis. Fuerat etiam Rector Universitatis Romanensis
 Hoc anno obiit Papa Sixtus IV pridie idus Augusti. Hic concessit ut legenti
 7 psalmos in oratoriis cellarum lucraretur indulgentias ^{stationis} Urbis Romae chorum
 non pauperes a visitatione ecclesiarum. Vide privilegia Ordinis. Successit
 Innocentius VIII.

Domus S. Petri apud
 Ratisbonam accedit
 Ordini

Domus S. Petri apud Ratisbonam. Bavariae apud de quo Wigularius Haudius
 in sua metropoli Salburgensi contestatur fuisse aliquando Benedictinorum
 Patrum domicilium quod Gebhardus hujus nominis S. Ratisbonensis
 Curator XV in fundo qui dicitur *Pruck* a Monasterio S. Emmeram
 per legitimam permutationem recepto anno m^o c^o lxxviii^o m^o c^o lxxviii^o septimo
 edificavit. Quod tamen anno dⁿⁱ m^o c^o c^o lxxxiv Albertus Bavariae Dux
 cognovente sapienter effectis et vite dissolutionem Benedictinis Cartasiane
 familiae Patribus perperuis temporibus incolendum assignavit.

Obitus S. Aleydis
 Bieckes Summ
 benefactoris S. Josephi
 Henr. Henrici Prudentis
 Prioris ejusdem domus

3^o Novembris ad meliorem vitam migravit Sena Aleydis ^{Bieckes} fundatrix
 S. Josephi prope Muscardinis de qua ante diximus. Et e^o ejusdem mensis
 Obiit ^{obitus} devotissimus et doctissimus P. Henricus ^{Henricus} Broede 3^o ejusdem domus Prior
 professor S. Brugensis et quondam ejusdem Prior scripsit Catalogum devotionis

Sepeliantur in
 Schuch ab Zigerus
 Van Hassel sibi et
 Joannes Niddelborck
 Burgimayster Buxellensis

Eodem anno in Schuch circa medium Julii (VII idus Julii) fuit sepultus
 M. Zigerus Van Hassel presbyter sub laqueis suis et matris ejus (quae defuncta
 obiit anno 1489). Domini bene providit et fuit magnus factor ejus a principio
 dedit 7 Alen in memoriam anniversarii sui et matris Mariae Vander ^{rel} ~~Mate~~
 Item circa 26 Augusti fuit sepultus in Schuch Joannes Niddelborck tunc
 Burgimayster Buxellensis magnus factor et benefactor domus cujus uxor
 habebat hic filium fratris sui Monachum ^{fratris} Mathiam qui fuit postea Prior.

Dedit quinque foecundia terra arabilis apud Wolvesthen et x... Rhen super
opidum Brussellam et LX petros pro salario fratrum etc: Ab hostibus Gandensium
factioni favente, Prabantia fines depopulabantur quod et liber foundationis
nostrae testatur.

Flandri irruerunt
usque ad portas Brusselle
Cartusianis parcent

ANNO 1485 die Purificationis sub missis privatis irruerunt
quidam armigeri ex Flandria quicquid de Alost et venerunt usque
ad portas opidi, et fecerunt raptinas varias equorum et bestiarum
et captiverunt plures de vicinia nostra. Tertio die proximo sequenti
steterunt ad horum circa Castellam nostram centena equites in
campo seminato et fecerunt pradas, sed nobis non intulerunt
dammum, et circa festum S Gregorii quorum comedentes et bibentes
promiserunt Procuratori nobis nunquam male facturos.

Argentus Carolus
exspoliatur

Propter has excursions Flandrorum circa principium quadragesime
D Prior Procurator coquinarius et Hermanus in capella impoliaverunt
argenteum Carolum (qui Prior et Procurator non multo post fuerunt
spoliati forte iusto Dei iudicio ut mox dicemus) et miserunt argentum
et alia cuncta et bona domus Brussellam in domum Elzclare et in
hospitium nostrum ac de consilio dicti ^{Joannis} Elzclare ~~et~~ Francisci Hoc
fecimus imaginem liqueam Ducis Caroli super quam argentum
erat firmum desingi meliori foro quo potuimus per famulum
dicti Francisci in eius depictione de seculo et voluntate nostra
appositum et pro parte argenteum pictum pro parte folia ne dicatur
quod pictor false depinxerit, victor habuit XV Rhenentes. Iste
Carolus Argentus factus fuit Anno MCCCCCLXXVII circa festum
S. Marie Magdalene quem Dux Burgundie fieri fecit. Pondere
fuit LXXVIII mercarum argenti prout se invenisse testatur D.

Cancellarius
Brabantiae et Patres
Cartusiani falsa
visione et imprudentia
decepiuntur.

Franciscus Caspene in quodam libello S. Joannis de Bruyne
olim Procuratoris hujus Domus.

Circa festum Annuntiationis Hermanus Anderlecht Custos Capelle
nrae Dne de Grutia dixit quod visum sibi fuit aliquando 13 Virgo dixit in corde
quod ipse cum Flandrensibus non fiesch nisi Cartusientes etiam se inter-
ponerent et sic retulit Cancellaris Brabantie qui die Palmarum vocavit
ad se Priorem epus domus et suavit ei ut se offerret ad servitium Principis
ad loquendum Flandrensibus cum Prioribus Antuerpiensi et Diestensi
et rogando eos ut se vellent inclinare ad pacem quam Princeps Maximilianus
se semper dixit inclinatum. Sic accepta informatione a Cancellario
Brabantie de Carolo de Groot, qui fratrem habuit in hac domo
circa medium aprilis Prior hujus domus demandavit ceteris Prioribus
ut simul convenirent. Prior Capelle et Prior Diestensi comparaverunt
Antuerpiensis aberat domo. Sicque 20 Aprilis predicti duo Priores
Prior et Procurator hujus domus perreperunt Gandavium simul in curru
Et eodem sero quando (inquunt) venissentus ad milliare juxta Gandavum
invaserunt nos Ruteri Flandrenses et precipue Villani circa et abduxerunt
de via ^{communi} ad unam domum ruralem et ibi ceperunt nobis pecunias
nras litteras et informationem propter quam tota nocte diffamaverunt
nos ad portas opidi et de mane ⁱⁿ opido dicentes nos esse proditores. Sic
de mane circa horam octavam induxerunt nos in opidum cum uno servitore
legis ipsis Ruteris circum circa nos gradientibus et multis millibus hominum
expectantibus et quibusdam deridantibus ^{nos} verbis et factis usque ad domum
civium ante legem qui omnes nras litteras habuerunt apud se ex quibus
in genere pauci notabantur qui pacem impediabant pro comodo proprio et
lucri et dominatione sua servanda. Et sic Willemus Rijn et quidam

Priores Cartusiani
Capella Flandrensibus
Ruteris. Quod
perreperunt Gandavum
ad loquendum
pro pace absque
salvo conductu

factio populi Gandensii

alii dixerunt nos esse viros magni criminis: sic miserunt nos in unam
 cameram in domo civium ubi fuimus stricti custoditi ad septem
 hebdomadas postea admittitur et prece D. Prioris Gandensii fuimus
 dimissi ad domum eandem. Eodem die dimissionis nostrae de domo
 civica facta est confuratio et seditio populi contra illos de lege.
 De quibus aliqui capti fuerunt et tantum duo scilicet Willhelmus
 Rijn et Daniel ^{Dorene} ~~Orone~~ primus tunc Scabinus decapitati fuerunt
 Hec silentio pretereunda celebris ^{Atrebatensis} receptio. Joannes
 quidem Marius Civis Atrebatensis Grisardus vulgo a multa canthie
 dictus. Vir quidem fortune tenuis, sed acris ingenii sui que Principis
 prorsus studiosus, cooperantibus quibusdam aliis civibus ^{pro} ~~in~~
 Atrebatense oppidum quod totos quindecim annos sub insolentis
 Saxonis Gallorum Regis ingenuerat admittit. Hinc civis Atrebatensis
 in Gallias a Ludovico XI relegati, post diuturna exilii ^{lacia}
 cum ingenti letitia presertes suos post liminibus repetunt.
 Vir vite Venerabilis D. Simon Rufius professor Dⁿⁱ Gandensis
 et unanimi suorum Conventualium Suffragio electus in Priorem
 ipse negatus est quod Brugis Vicarius Monialium existeret ~~varia~~
 virtute et probitate eius regard. Cui cum senio affectus magna instans
 absolutionem cum repulsa petisset visus est a Domino impetrasse
 Nam caecis effectus variisque induper afflictus morbis ubique curam
 in igne probatum in magna patientia vixit sibi; ~~plena~~ plenamque

Clivius alias Ravattinus
 ad pacis conditiones cogitur
 a Plasa capitur.

Oppidum Atrebatense
 suo Principi vindicatur

Simon Rufius
 professor Dⁿⁱ Gandensis
 et Vicarius Dⁿⁱ Monialium
 dignissimus moritur

925
F^r Ludolphus Coelsm^{us}
Donatus

mortis crannis hoc anno 27 Nov. obdormivit in Domino.

28 Nov. obiit in Schuet f Ludolphus Coelsm^{us} Donatus, vir agriculturæ deditus
qui habuit seniore[m] Monachum Hugis Dⁱ Patruum.

Bernardus prof^{essio}
Carthusianus clariss^{imus}
in Silesia anno 1493

Bernardus M prof^{essio} C^o Passionis f^{rat} Christi prope Legnitz Silesie Urbem
natione Germanus clariss^{imus} sub Frederico Imperatore circa hunc annum.
P^{ater} fuit (ubi Eisingerius ait) cum confessionis gloria tunc vita et
et conversatione plurimum insignis. Philosophus clarus, historicus cele-
berrimus multarumque litterarum et rerum peritissimus fortis que multa
campis in præclaris scripsisse volumina ex quibus Britimus ait se vidisse Dialogos
pulcherrimos de laudibus et miraculis B. Marie.

Pax inter
Principem nostrum
et Gall. Regem

ANNO 1493 Decimo cal. Junii Silvanecti pax inter Maximilianum
filium et Carolum Gallorum Regem ingenti omnium letitia sancitur. Ina
integre Arcevis Comitatus excepta Protonia aliis que ab antiquo occupatis locis
Philippo restituerentur.

Fredericus tertius
moritur

Sponsalia Margarætæ Maximiliani Austriæ et Mariæ Burgundie filie cum
Carolo Delfino anno 1483 Ambrosie celebrata Dissolventur atque
ad Patrem virgo remittitur.

Fredericus rex nois Imperator obiit Linzii Austria opido de maligno
ulcere in pede nato, quem cum tibia secundum spe longioris vite
medicis prebens ac res peracta satis feliciter se haberet, mense Augusto
in profesto Assumptionis in eolum B. Virginis Mariæ imprudenter ab
omni cibo pietatis causa abstinens (observantissimus enim erat Princeps
Religionis majorum) debilitato naturali calore in stomachi incidit
dolorem qui sensim auctus tandem alvum solvit prostrataque virtute
retentiva (ut medici loquuntur) viribus que exhaustis 19 die Augusti
hoc anno 1493 Deo animam reddidit anno ætatis 78 pacata universa
Germania in imperavit annis 53 mensibus quatuor. Cæsarem Augustum

† octo meloppones sedandæ vitis causa comedit aquamque bibens (adde enim vini parvas
per omnem fructivitam et ut a multis abstemius haberetur, hinc tantopere temulentos habebat
expos)

abate tribus annis superans ab eo in Imperio tribus annis superatus.
 Successit in Imperium filius Maximilianus.

Anno precedenti Prior Monachorum D. Arnoldus Hukelen fecerat
 collationem Cartusie in Caplo general. et descendit in Principatus
 Visitator cum quo Prior D. Capella visitavit Provinciam loco Prioris
 Gandensis qui erat tunc tantum Convisitator. Sed hoc anno ascendit
 ad Caplum rediit Visitator et Prior Monachorum. Obiit in Januariis
 sequenti.

ANNO 1494 Et 4 Januarii obiit D. Arnoldus Hukelen Prior D.
 Monachorum, Convisitator hujus Provincie.

Circa hunc annum obiit etiam ^{Ill^{mo}} Princeps S. S. Renatus de Valis
 Dux Alencouii Successor fundatoris Vallis Dei in Provincia Francie
 Ordinationes Capli hujus anni videsimus. Concedimus, inquit
 Diffinitores non celebrantibus et Convertis ac Donatis quod com-
 muniunt in conventu in festo Corporis Christi sicut in festo natalis
 Sani Pasche et Pentecoste.

Intinsumus omnibus personis Ordinis quod S. D. N. Papa Alexander
 Sextus confirmavit omnia privilegia Ordinis. Nos tamen de ea re bullam invenio
 hortamur omnes Priores Provincie Benthonice quatenus in charitate
 Christi subveniant hospitalibus Domus S. Abundi prope Brugas
 propter diuturnas guerras (quas supra fuisse satis narravimus) in
 magna necessitate constitutis per quam elemosynam ne cogantur
 periculis exponi.

Novam plantationem prope Campis Ordini nostro incorporamus. Quam
 Domus S. Abartini in monte Solis, prope Campis nominamus.

Maximilianus thalamum redintegrat cum Blancha Maria
 Galeatii Marie Sfortie Ducis Mediolanensis filia, quam
 Pater Septuagenti aureorum Ducatorum millibus Donatus dimisit

Visitatorum mutatio

Maximilianus &
 Austriacus Patri in
 Imperium succedit
 Obiit Convisitatoris
 Provincie

Item Dux Alencouii
 Quantum Eucharistie
 cultus in periculis
 proficuum sit. Annal.
 Eccl. ad annum 1494
 ostendunt.

Alexander VI confir-
 mant privilegia Ordinis
 Elemosyna petitur
 a Provincia pro
 hospitalibus Brugensibus

Domus Campensis
 Ordini incorporata

Philippus Austriae
inauguratur Pro-
vinciis Belgii

Hoc anno 1494 Cesar Maximilianus una cum nova uxorē sua uxore
Maria Blanca in Brabantiam descendit quo presente Philippus Austri-
=acus ejus filius agens annum 16 Brabantiam Flandriam Hannoniam
Hollandiam Zelandiam Frisiam ceteris que provinciis Netheris inaugurabunt.

Carolus 8 regnum
Neapoli occupat

Carolus VIII Rex Galliarum magnis copiis in Italiam transgressus statum
Florentinam Republicam mutat, et pulsatis Aragonis regnum Neapolitanum
occupat.

Vide in initio operum
Thome de Kempis

Extat epistola & Georgii ^{Prie} ~~Provis~~ - Kamer Prioris Domus Carthusianorum
Nuremberg missa ad m Petrum Denhuser pro edendis operibus
Thome a Kempis, scripta 17 cal Martii.

Obitus ^{fr} Hermani
Vicke Conversi

In profesto S Gregorii Papae obiit in Schuch frater Hermanus Vicke
conversus hujus Domus Vitrifer. Vir simplex et bonus ac fidelis in
opere suo. Primo fuit receptus ad statum Donatorum, et postea factus
in conversus. Qui laudabiliter se gessit et erat religiosus bonus et obediens.

Sepultura
^{una}
nobilis Margareta
Herdinge

Hoc anno 10 Junii obiit generosa Dna & Margareta Herdinge, conjugis
quondam & Roberti ^{nobilis} ~~Contrean~~ ^{locum} tenentis feodorum Ducatus Brabantie
que obiit in Domo sua to Relegem et est apud nos sepulta in ambitu.
Huc habuit ^{hic} filium & Adolphum Contrean. In cuius sepultura fuerunt
filii sui sc. & Joannes Contrean miles postea amarus opidi Brucellen.
& Philippus ^{Contrean} miles custos privilegiorum Brabantie, Magister Leonardus
Consiliarius Cancellarius Brabantie, Abqz Carolus Contrean Canonicus
et thesaurarius Ecclesie Antuarpiensis, & Henricus ^{aven} ~~Van Schoonh~~ nunc miles
qui duxit ipsius defuncte filiam in uxorem. Et si in ejus exequiis fuerunt
multi sc. Abbas Affligentis ^{mis} et multi alii quia Dna Margareta erat soror &
Posuini Herdinge Abbatis Affligientis.

Obitus Gualteri
Waretet alias
Henric

Et Dec. obiit & Gualterus Waretet alias ^{Henric} ~~Henric~~ Cantor et Capellanus Caroli Ducis Burg.
scholasticus S Gudule et Canonicus Ecclesie S Petri Lovanii in qua instituit festum
recollectionis festivitatum Virginis.

Obitus Walteri
Henrici magni
benefactoris nri
5 Dec. obiit D. Walterus Henrici propositus Ecclesie Malbodiensis
magnus benefactor Domorum Ordinis fundator et Dotalor unius
celle in Domo Brusselle et pro fundo nove plantationis Lovanii
Dedit magnam summam pecuniarum.

Item Cardinalis
S Crucis in Urbe
Petrus Gonzalus
Mendoza
ANNO 1495 11 Januarii obiit 18^{mus} in Christo Pater D
Petrus Archiepiscopus Bolcanus et Cardinalis S Crucis in Jerusalem
qui de novo construxit Ecclesiam S Crucis in Urbe, et in obitu suo
legavit quadringentos Ducatos pro ornamentis Reliquiarum
et Sacristie profecto.

Gotthardus novus apud Cesar in Belgio in Germaniam est reversus;
atque Wormacie Comitum celebrat.

Archidux Philippus Statum Reip. Belgiorum ex Consilio Ordinum
in meliorem ordinem redigit.

R^{mus} Pater S
Petrus Ruffi

R^{mus} Pater Cartusii Prior Antonianus de Sano abdicavit se dicto
officio et factus est Prior Domus Sapponiaci. Successit ei in
Prioratum C^o S Petrus Ruffi multa scientia et experientia
præditus.

Indicantur preces et Sacrificia pro 18^{mis} Episcopis fundatoribus
nove plantationis in regno Francie a eorum complicitibus.

Sequenti anno Domus Campi S Michaelis Dⁿⁱ Huray incorporata
est Ordini. An hæc sit, non est mihi pro certo comprobatum.

Prior Lovaniensis
Visitator et Superinten-
dens idem

Hoc anno 1495. Ill^{mus} et Ill^{mus} S Joannes de Horne Episcopus Leodiensis
Constituit Priorem Dⁿⁱ Lovaniensis per quosdam temporibus Visitatorem et
et superintendentem Penitentiarii Inferiorum in opido Lovaniensi.

F^{ri} Amandus
Amandem Conversus
moritur

18 Maii obiit in Schuch F^{ri} Amandus Amandem Conversus hujus Domus
qui fuit lapicida et satis egregius in opere suo, ante ingressum Ordinis
fuit nuntius Scholarium alius Universitatis Parisiensis

Item Prior D^s
Ultrajectine

Et Gaspar Vander
Stoek Prior Capella
moritur

Obitus Blancae
uxoris Maximilian
Imperatoris

Philippus
Archidux in
Germaniam pro
fectus in ditionibus
paternis in
Principem inaugurat

Ostenta

Licentia contra
Statuta periculose
nec petenda

Postquam se ad servitium dei se contulit et pro construendo sibi cubiculo dedit semel L Rheneuses.
Christianus de Mores Harlemensis professor et Prior D^s Ultrajectinae sede et vita excedit
in profecto S Martini. Succedit Otto de Wolffswinkel Dicitur de Amesfordia.

Eodem anno obiit 3 dec. f Joannes Huchele Donatus et Sartor hujus Domus.
Hoc anno 7 oct. obiit de Gaspar Van der Stoek professor et Prior D^s Capella atq. de Delfhenia
ac Conuictator Provinciae habitavit in hoc domo de Schuch 14 annis et primus fuit Sacrista ac
postmodum Procurator quitarit nobis in morte L Rhen- cum consensu conventus.

ANN^o 1496 Blanca Maria Sfortia Maximilianii Caesaris altera uxor
inter venandum (velut et Maria Burgunda anno 1482) equo de lapsa paulo post
e casu cum foetu quem utero gerebat, nullis liberis relictis absente marito perit.

Philippus Archidux a Patre Caesare jam antea vocatus in Germaniam circa finem
mensis Aprilis proficiscitur. Cal. Maii Ligeam avem magno civium gaudio
albissima arbore defecit civesque eius sodalitates liberaliter donat.

Historia Leodiensis habet proceris anno una cum Patre in Superiorem Germaniam
profectum fuisse ut sicut Provinciae Belgii Maternis inauguratas erat consimili
ratione paternarum ditionum haeres ac successor declaratus sit. Philippo
autem custos adfunctus fuit Episcopus Leodiensis cui in Viaticum biennii
quo abfuit populus Leodiensis mille et quingentos florenos contulit.

Hoc anno multa ostenta visa sunt in aere, nam mense maio plures eiventi
apparuerunt et 8 calendis Junias prorelii tres conspecti sunt et 14 calendis Junias
tonitrua et fulmina et grandines et inusitata tempestates magnam calamitatem
satis et aliis plerisque rebus omnibus intulerunt. Quo tempore maleficus
Leodii et latro positus in rota fuit qui proferre noluit.

Hic Siquis Deus saepe provocat homines ad poenitentiam et in Casto nro
satis aeris reprehensio facta, quam hic subfacere placuit, ut non Simus
proni ad nimias licentias pretendas, sic habet: Cum Statuta et ordinationes
Castri generalis prohibeant ne Monachi in Parliamentis extra cellas comedant

391

Secundi Castellae Regis Vidua et predictae Joanne Avia mortuae in Burgensi Cartusiano monasterio sepelitur

Conthoralis quondam & Joannis Castellae Regis et mater Isabella Regis pro tunc regnantis Decessit e vita. Corpus eius in Burgense Cartusian^{um} monasterium translatum est, loco viri eius, Joannes eo nomine secundus ^{Castellae rex} fuerat compositum de Ordine optime meritus.

ANNO 1497 mense februario Margarita Austriae Maximiliani Imperatoris et Mariae Burgundae filia, Philippi Principis soror ad Iberos proficiscitur Joanni Arragonio Hispaniarum ^{Principi} Regi ducanda.

Obitus Simonis de Horneo Prioris de Ganden. et Visitatoris.

Hoc anno Prioratum eam vitam deponit & Simon de Horneo professor & Prior de Gandensis nec non Visitator hujus Provinciae, vir magna probitatis qui fuit primus Prior de Zelcheusis.

Item & Henrici de Carvelandia Prioris Antuerpiae

Visitatoris officium excepit & Martinus Abdomes Prior Brugensis Item de Jan. obiit Ven. & Henricus a Carvelandia Prior de Antuerpensis et quondam Convicator, magnus promotor novellae Plantationis in Lovanio.

Prima intimatio de recuperanda domo S. Stephani in qua requiescit corpus S. Brunonis Patris nri

Intimamus, singulis Diffinitores Capituli generalis Universis et singulis Prioribus Domorum Ordinis quod Divina favente Clementia recuperaturi sumus in proximo monasterium S. Stephani de Bosco in partibus Calabriae Constitutum in quo requiescit Venerabile ac sanctissimum Corpus Beati Brunonis Patris nri qui primus Cartusiensis Ordinis cooperante Spiritu Sancto fundamenta fecit, et sanctae nobis conversationis habitum regularesque observantias in quibus nunc vivimus dereliquit. Perum quia propter expeditione bullarum et solutione Canonis seu legitime pensionis necessaria nobis est pro nunc certa quantitas pecuniarum; fiet considerata qualitate Domorum moderatissima taxa quod quaeque domus praesidii porrigere possit et debeat. Quamobrem hortamur oes et singulos Priores Ordinis, et si opus sit eidem in virtute Sanctae Obedientiae precipiendo mandamus ut ad tam sanctum et primum opus libere corde et libera voluntate manus porrigant adfutrices, et quicquid cuique laxatum fuerit per Visitatores principales Provinciarum quilibet exponat animo

tam libere quam volenti. Ut etiam dicti Visitatores teneantur absque retractatione portare vel per nuntium mittere R^{do} Patri Cartusied ad futurum Captum. Nec quisquam arbitretur se hujusmodi pecunias perditurus quoniam ubi primum monasterium prefatum Ordini annexum fuerit et unitum restituentur singulis sua pecunia de redditibus et proventibus ipsius monasterii quod nos Diffinitores una cum R^{do} Patre nro Generali presenti scripto facemur et pollicemur.

Ordinamus et volumus quod Principales Visitatores habeant colligere a singulis Domibus provincialium suarum taxam dimidii Ducati, tamen a tribus provinciis Italid taxam unius Ducati pro reparatione S^{ti} Crucis in urbe.

Anno 1497 Die 17 Augusti pie in D^{no} obdormivit honestus et devotus vir Waltherus Regidii vulgo Gillis alias de Pottere Brusceducensis ^{sed} Civis et mercator Fergis Zoomid, Coelebs sine uxore et liberis. Qui fundavit et dotavit cellam Lovanii immediate ante obitum suum et pro edificatione Ecclesie 300 lib. Flaud. id est 1800 Rhemenses.

Joannis Arragonii
obitus

Joannes Arragonius unicus Ferdinandi et Isabella Hispaniarum Regum filius et haeres, quarta octobris in ipso aetatis flore acutissima febre correptus mortem appetit priusquam integrum annum in matrimonio peregisset, Margaritam uxorem septimum jam mensem gravidam reliquit. Quae audita mariti morte tanto animi moerore percussa fuit, ut ante diem infaulem praeferebat qui in ipso limine vitae statim occidit. Joannes privato et publico Hispaniarum luctu funeratus est indicto 40 dierum iustitiis, sed et Archidux Philippus solennes ei exequias Bruscellis celebravit. Hinc Austria primum ad Hispaniae regna prorsum ostium.

Eodem anno in Schuek altera Jerusalem et Judea fuerunt donati

tres conversi
vertuntur

Waltherus Gillis
alias de Pottere pie
mortuus qui legasse
dicitur tria millia
florenorum domui
Lovaniensi in
Charta Capiti

299

1497

1498

Item Judocus
Fabri Monachus

habitu Convatorum fr Laurencius, fr Livinus Cooman et fr Lucas Warenterck
Qui anno revoluto eodem diem professionem emiserunt.

Joannes Hac
postquam fuit
insutus ad sepelien-
dam ingemuit
et extendit totum
corpus quasi
per dimidium
pedem

Eodem anno xvi Novembris Monachus factus est apud nos Judocus fabri de
Aboto qui fuit nutritus cum juvenibus nris Andorlaci, et postea expensis
nris fuit missus ad Lovanium ad studia. Fuit bonus scriptor anno 1312
institutus Vicarius postea Procurator ut infra.

In profesto Conceptiois B. V. Marie, obiit Joannes Hac professor hujus
D^o, Qui fecit evscribi plures pretiosos libros et ipsemet evscripsit propria
manu psalterium magnum ^{in Ecclesia} (ut esse illud quod nunc etiam habemus
arbitror.) Ostendit se fervorem habuisse abstinento socius in pane et aqua.
Eandem senio confectus multo tempore quasi puer custodi Di debuit.

Et circa 7 et 8 horam noctis predicti diei graviter laborans et pro amari-
tudine mortis socius voleus ^{surgere} ~~frangere~~ de lecto visus est astantibus expirasse.

Cumque ministri vidissent quasi corpus ejus solidationem et eum
infringuisse laverunt corpus ejus et insuerunt more ordinis. Cumque
jam fere totus esset insutus circumstantibus ministris ingemuit
adhuc semel laboriose, ita quod gemitus vel anhelitus ^{ejus} audiretur ab eis
et prolongavit tibias vel potius totum corpus suum per dimidium

pedem vel palmam unam. Ita quod ex toto resurgendus esset. Cujus
anima requiescat in pace. Notetur proberca ne nimis festine
corpora senum minus autem juvenum sepeliuntur. Hec memorie
mandata feruntur per predictum de Judocum Fabri Vicarium
Unde colligitur pariter suas etiam evscripsisse circa scriptioem
libri fundationis.

Hubertus
de Loen
vestitur Monachus

ANNO 1498 xiiii februarii Jo Hubertus de Loen Busebucensis
Dedit nomen Ordini qui postea institutus fuit per Visitatores Prior
Sophie in patria sua.

Carolus 8 Rex
Francorum obiit
Sabbato Palmorum
post grandium.

Septimo idus Aprilis obiit Francorum Rex Carolus octava
annos natus viginti et octo. Succedit Ludovicus Abelianorum Dux
Rex huius nominis duodecimus.

Epistola commendatice
Capituli dirigenda
prohibentur

Præterito et presenti anno in Capitulo generali sub gravissimis penis
prohibetur ne Priores procurent sibi litteras commendaticias a suis
monachis Capitulo dirigendas ut manuteneantur in officiis suis quod
ex ipsi litteris multa servationes fiunt et generentur displicentia in
cordibus aliquorum.

Eleonora Archiducis
filia major nascitur

Hæc ætate fine Eleonora ex nata Archiducis filia major. Annis sequentibus
Regina prius Austriacæ deinde Galliarum. Priori conjugio quam posteriori
felicior. In utraque fortuna salva probitatis fama.

Sepultura Olegii
Vander Muelen

Hic anno obiit Olegius Vander Muelen primus maritus Margaritæ
hostisæ nostræ Muscellensis. Et hic est apud nos sepultus circa festum
S. Laurentii.

ANNO 1499 Intimant Diffinitores Capituli generalis quod S. D. N. P.
Alexander d. p. Papa sextus favorabiliter annuit ut personæ Ordinis
vigore bullarum a Sede Apostolica concessarum solito more plenarie absolvi
possint in articulo mortis, aliisque indulgentiis indulgentiis ac privilegiis
gaudere, ut antea consueverant ~~non~~ non obstante suspensione nuper
a Sanctitate eius super hoc propter annum jubilei proxime futurum
emanata. Insuper sua Sanctitas debet personis Ordinis concessis præci-
pius consuetas in anno jubilei proxime futuro tunc et singulis stationibus
Urbis earundemque Indulgentiis consequi valeant ac si personaliter
interfuissent. Excepta dumtaxat Jubilei plenaria Indulgentia quam
ea causa concedere distulit pro qua celeriter et integerrime consequenda
Ordo laborabit, qua ad septem super annum aut futurum Capitulo intimi ab itur
eum plena auctoritate absolventi.

In domo Capelle sepultura nobilis Dⁿⁱ eius epitaphium tale est: Cy gist Madame
Isabelle de Bossut, Dame de Breton qui trespasse l'an mil quatre cents ~~vingt~~ ^{quatre-vingts} dix-neuf

Obitus D. Joannis
Brugne

Hoc anno 8 Maii obiit D^{ns} Joannes de Brugne primus professor et Procurator hujus
Domus oriundus prope Gandarum. Ante ingressum Ordinis fuit sacerdos et Castellanus
Dⁿⁱ de Robays. Fuit internum Vicarius sed computatis annis in officio Procuratoris
ante et post fuerunt fuerunt triginta tres anni. Fuit semper laboriosus nec sibi
in aliquo precepit. Unum referam de quo certus sum quod in tanto spatio an-
norum nec semel Ordinis seponia pregit. Tempore suo multa procuravit presertim
a territoribus Dⁿⁱ de Robays, quia interventu ipsius recepit ab uno dicto Henrico
Van Herzelle ultra ducentos Rheneuses, et a filia ejusdem Domini aliqua
Clenodia et pacem argenteam. Multum zelosus pro Ordine, plures infirmi-
tates sustinuit, et multas lucubus est probentibus coronas, ejus anima resque saluipare.

egus Sobrietas
beneficia procurata

Philippi Princeps
in Atrebatense
oppidum
ingressus triumphalis

Hoc anno Philippus Princeps Brabantiam Arnam ac Hesdinum a Ludovico XII Rege
in protestationem recepit educto omni presidario milite Gallico. Exinde 23 Junii
Atrebatum Artesie Comes inaugurandus cum selecto comitatu proficiscitur.
Erat princeps formosissimus annorum viginti et ^{unius} ~~sex~~ Regiam magnificentiam
ore, vultu totoque corporis habitu referens.

Anno 1499 Francus abijt Mediolanum, obtinuit ipsum totumque ducatum
per ditionem possedit. Philippum Ravennanum constituit Principem Gen^{vesium} ~~vesium~~.

Curtis te p^{ro}de
emittit

Hoc anno creata fuit curtis dicta te P^{ro} per ^{plur} ~~plur~~ Orisem Mattheiam
Bergoostens et Joannem de Groota Procuratorem a Magistro Janne Luchek
consiliario Ducis Austrie, que quidem Curtis pro nunc valet 2 modios
seliginit et in argento ultra 20 Rheneuses. Pro solutione dictae Curtis
fuerunt assignati ipsi Magistro Joanni Luchek in defalcationem principalis
summe 200 Rheneuses supra Gnidum qui domini erant dati per Henricum
Hinckaert p^{ro}monachum hujus Domus et diversi redditus erant quietati et
fuerunt applicati ad dictam curiam.

Insuper sciendum et memorid commendandum quod flures Reditus qui honorum
 Domini ex Donatione Joannis Van Elzelac erant redempti et quietati et
 pro servatione conscientie ex dictis bonis computabuntur annue et
 assignentur pauperibus quinquaginta Rheenes.

Hoc anno 5 Aprilis sepultus est in C^o Lodiensi honestus et probus vir
 Bartholomaeus de Lovanio qui dicto conventui legavit 60 modios speltae
 et 60 florenos hereditarie pro pauperibus ad voluntatem Prioris dicti
 distribuendos.

Hoc saeculum florentissimum claudet et coronabit
 splendore Infule sue Romus Joannes Ingelbus Episcopus
 Laudanensis Prior Domus Lehen et Visitator Provinciarum
 Anglicanarum qui obiit hoc anno 11 Septembris.

Lubet hic summam repetere Domos Ordinis quae hoc saeculo fundatae
 fuerunt. Observo ordinem Provinciarum.

4^o Ingelbus
 Episcopus Aldis mri

1	Domus Salvatoris prope Castras incorporata Ordini anno 1491	Domus B. Mariae de Aniago fundata a Maria Regina Castellae	5
2	Vallis Jesu Christi prope Segobricam fundata a Martino Rege Aragonum qui obiit anno 1410	Domus B. Mariae de Mira flores prope Burgos fundata seu Ordini data a Joanne secundo Rege Castellae	6
3	Domus Jesu Nazareni in Insula Majoricarum fundata ab eodem	Domus Defensionis B. Mariae prope Cerecium fundata a nobili et devoto viro Alvaro Obertos qui obiit 1483	7
4	Domus B. Mariae de Lovis prope Hispalim fundata a nobili et potente viro D ^{no} Petro Affan de Larivora qui obiit 1425.	Domus Conceptionis B. Mariae prope Cazalla subsecuta.	8
		Domus S. I. Conationi a Rogatiani prope Mandas incorporata Ordini anno 1450	9

- 10 Domus Casspi S Michaelis & Buray
incorporata Ordini anno 1496
- 11 Domus Lion prope Zircadam
in Zelandia incorporata Ordini 1436
- 12 Domus Luce m^a de Gratia
prope Bruxellam anno 1436
- 13 Domus S Bartholomaei prope Zelphos
in Hollandia anno 1470
- 14 Domus S Iohannis prope Buscoducum
circa idem tempus
- 15 Domus S Martini prope Cassios 1485
- 16 Domus B. Mariae Magdalene Lovanii
- 17 Domus Assumptionis B. Mariae in Anglia
- 18 Domus Jesu de Bethleem juxta fun-
data S^m Rege Henrico IV qui obiit 1422
- 19 Domus Visitationis B. Mariae in corpore
Ordini anno 1432
- 20 Domus Vallis Virtutis fundata a
S^m Rege Scotiae Jacobo primo.
- 21 Domus Chroni S. Trinitatis
in Pletria in Slavonia. vide annum 1436
- 22 Domus Laurentii in Tingen 1461
- 23 Domus Abule B. Mariae in Buxia x
apud Memmingam Ab. 1404
- 24 Domus Pontis B. Mariae in Astheim
vide annum 1436

- Domus Passionis Christi apud Legnitz 24
in Silesia Ducatu fundata per Ill^l Principem
Sudovicum.
Ducem Legnitensem 1430
- Domus B. Mariae boni Sapidis Germanice 25
Guttenstein per Ludovicum & Adalricum
Witenbergenses Comites. 1439
- Domus S Joannis Baptistae quem Sautgrovius 26
Hortus in ditione sua construi curavit 1442
Hortus B. Mariae in Ellenbach. # 27
- Domus B. Mariae Annunciatae in Coura 28
esthughe apud Fadelbornam Westphaliae
opidum per L. Warnerum Baldewyn v.
Doctorem 1478
- Conobium Transfigurationis Jesu 29
Christi in Reinschau prope Zwischau
in Meisnia. Saxoniae Duces fundaverunt
anno 1478
- Domus S Viti apud Ratisbonam #2 30
- Vallis S. Margaretae in urbe Pragensi 31
fundata per Jacobum Zyebel tribun^{um} plebis
- Insula Reginae caeli apud Wesaliam 32
Abolphtum Elvise Ducem fundatorem habet
- Domum S Sixti in vicis Russida ordinis 33
obtinuit a Concilio Basiliensi Carolus
Dux Lotharingiae
- Domus compassionis B. Mariae 34
fundata est circa annum 1478 per
Juliae Duces.

Hortus B. Mariae in Ellenbach a nobili
quodam viro Balthazaro de Jaer circa
annum 1454 -

Domus S Viti apud Ratisbonam Bavariae opidum
Ordini attributa per Ducem Albertum anno 1486

- 35 Castrum B. Mearid apud Bul-
magiam. per nobilem Gerardum
Kippelium obit 1488
- 36 Castellum B. Mearid apud
Lubocam circa in sum hujus
seculi 1400
- 37 Domus Legis B. Mearid apud
Rostochium per v. de Werhem
qui obit 1415.
- 38 Corona B. Mearid in Pomerania
40 sequitur. Pax Dei apud Schivelbein
in nova Marchia per magnificentem
Principem Conradum de Hebelshausen
Hellichusen Magistrum Ordinis
Ghentonicorum 1445
ad sequens seculum 1500 pertinent de quibus suis locis Deo favente.
- Domus S. Trinitatis apud Meaurmark
per Ill^{mm} Franciscum Ducem 1416.
- Domus S. Hieronymi et Bernardi apud
Paduam per R^{mm} Petrum Donato Episcopum
1448
- Domus S. Christophori apud Ferrariam
agnoscit Primum Artestinum Marchionem
et Ferrarid Principem pro fundatore.
obit de 1471
- Domus S. Marci Vedanensis incorporata
Ordini 1467.
- Domus Florentis et alie duae, nec non
Domus Montelli etiam ad hoc seculum
referenda sunt.
- Sunt alie recentiores, Perum

Pacis otia

Multa bella, proelia, seditiones et tragedias plusquam barbaricas specta-
vimus, Nunc libet cum Principe Pacis animum relaxare, non
ut conformemur huic seculo, prout enim fugera hujus mundi
et ut sapiens Lipsius dicitur: Humana cuncta fumus, umbra
vanitas. Et sine imagine, et ut verbo absolvam nihil. Sed hoc
scienter et intelligenter et spectantes, ^{form} referemur in novitate sensus
ut non simus qualis est mundus et mundanis viciis vani superbi
et ambitiosi sed conformemur filio Dei, et scribamus quae oculis haurit

et prosperitati mandavit & Joannes Thomminus Gandensis professor Capellus
et quae apud alios auctores non est facile invenire.

De baptismo Caroli V prolixius agit Turinus quam aliquis alius ad eius
majorem elucidationem eo libentius hoc ex praefato Auctore descripsi.
Noni consular lector videbit certe amica facis oia.

Anno Domini 1498 Luam Illustrissimus Princeps Philippus Maximiliani filius
Alex Castellae esset Gandavi et Uxor ejus et multi viri proclari per aestivum
tempus in stadiis sunt ludii publici et praecipue sagittandi ludus. Et magna
quoque certantibus et vincuntibus proposita sunt praemia. Quapropter a
civitatibus undique populus Gandavum confluebat, et singuli sua ferebant
insignia vestesque novas et decoras. Bruxellenses autem ab ingressu pulcherrimo

Bruxellensium
magnificentia

summo adepti praemium, quibus etiam Princeps noster cum multis
equitibus obviam processit, omnesque per portam Caesarum intraverunt Gandavum.
Eantem autem numerus hominum in curribus et in equis et quidam pedestres
etiam venerunt Bruxella, et ad quemvis locum transitus eorum unam integram

continuarat horam. Vitae curruum multae quidem videbantur ^{interius} ~~notis~~ ~~hoc~~
aureo paludamento et holosericeis insignes, ^{opus fuisse non magis sumptibus tametti} ~~justem~~ vero dicebatur nobis hoc opus
fuisse non magnis sumptibus tametsi argenteo excoctatione visusque pulchrum.

Antuerpiensium
liberalis pietas

Sed Antuerpiensium esseda villas habebant de rubro Joanne lanes quos pauperibus
in domo fratrum Gandavi scholasticis dederunt. Ab Aldenardo qui venerunt
omnes habebant alba vestimenta, et quamquam numerus eorum fuit admodum
copiosus laudi tamen non dabatur illis quod eorum aurigae sic erant vestiti sicut

Allostensium
mundanorum
stultitia

eorum magistri sagittarii. Ab Alosto qui venerunt in sinistro pede calcem
nigrum in dextero album habebant quem extremum etiam de curru plerique
tenebant. Brugenses autem vestimenta bicoloria ab humero uno usque
ad genu alterius lateris transversim divisa gestabant. Sed longum esset

molestum que fortasse lectori si omnium advenarum singula quoque
 referantur. Locus autem ubi ars sagittandi exercebatur erat inter Capitolium
 et plateam que est ante sacellum Divini Georgii et Domum Scabin om-
 ninariam juxta locum ubi tempore belli spectabilem stare vidimus &
 (illa spectacula pro hoc certe gratiora) qui locus quamvis est inaequalis
 lignis tamen et tabulis ita constructus fuit ut equalis esset.
 Interim vero per totam civitatem ubique locorum ubique temporum
 jucunditas et ludi et luditia: Inter aliasque quoque morionum
 et scurrarum facias indulentium ^{scure} dominatus Dodo palmam
 obtinuit propter novas et exquisitas novitates quas cotidie ^{prosus} ~~prosus~~
 inauditas committebatur. qui postea etiam die Gandavi mansitabat.
 Ceterum ab arte sagittandi summum premium habuerunt viri qui
 venerunt a Montibus Harmonid. Sed enim viri qui venerunt a
 Braxecto superiori vulgo Meustricht novum ludendi genus et
 argutum sane atque festivum attulerunt. Et licet perquam
 difficile foret hoc ipsum liquide verbis explicare graecis tamen et
 aperte quaedam de ea re prosum. Gandavi locus est in medio foris
 civitatis vulgo de Coreloye dicitur ubi duo flumina simul permixta
 Schade et lia leniter fluunt frontes duo lapidei alter Divi Michaelis
 vocatur: alter a precidibus nomen habet et appellatur vulgo de
 Webrughe. Distant ab invicem quantum possent arcu facillari
 sagittae. Sub fontibus labuntur aquae dulces et salubres et floridique
 perspicuae praeterquam magnorum imbrium tempore. ab utraque
 aquarum parte sunt plateae deinde domus constructae pulchrae
 et magna. Amphitheatrum quoddam videas in quadro positum.
 Rixae distant ab invicem ad triginta pedes aut plus etiam

Moursenses ab arte
 sagittandi premium
 adepti

et aquae satis profunda et foecosa. Hic in medio aquarum positus est et fortiter infirmus
malus quidem naves magna solent habere atque in summitate mali posita est
argentea quaedam domuncula rotunda et ampla ^{quidem} adeo ut quatuor aut quinque homi-
nes in ea possent consistere. Haec erat ab inferiori parte ad tres pedes sursum asseribus
clausa ac deinde usque ad tectum undique fuit aperta, tectum habet parumper
arcuminatum. Porro a fenestris in circuitu tres pendebant scale firmiter annuli
ferreis annexae quarum unaquaeque tres habebat gradus. Atque in mali circuitu
sub domuncula scammulum supra aquas constructum erat scammum ligneum
quo semper exponebantur advecti navicula, qui in domunculam moliri volebant
ascensum. Istis ita concinnatis quando ludendi tempus appetebat advenimus
quidam cum navigio et scala magna ut ascenderunt in domunculam viri duo
deinde reductis scala et navigio, praedicti duo viri ^{sedentes} facillime (et ut nobis videbatur)
absque labore domunculam agitabant,olvebaturque sicut rota figuli nunc lente
nunc ^{ic} volenter ubi volebant et quando volebant sistebatur. Sed a scamno usque
ad domunculam usque altitudo erat quanta est duorum hominum statura.
In hanc igitur domunculam oportebat eum ascendere et intrare non ad ducta
scala aut alio quovis instrumento quisquis ad inspicendum desiderabat.
Ab fenestram quippe eiusdem domus ibidem in platea posita fuerunt super
asserem apertum viridi praeno praemia magna quae videri poterant ab omnibus
Vasa argentea, amphora magna partisque deaurata quatuor aut quinque.
Huc igitur hominum multitudo convenit magna, praesertim pars quidem
ut certarent, alii vero certamen uti conspicerent. Qui autem parati ^{erant}
volentes ascensum meditari advebantur semper sex aut octo viri et exponebantur
super scamno, deinde reducta navicula, alii alii gradum faciebant. Interim
vero domuncula perunquam nonolvebatur usque dum aliquis aut aliqui
humeris aliorum stantes novum sculis admovebant siquidem ita stans

primum gradum unius scabre conuolue poterat apprehendere, et aliqui
 etiam fortiter nitentes secundum gradum. Simul autem et Domuncula
 voluclatur pendebat homo scabre manibus adhaerens, pedes ab humeris
 abstrahi subsistentium nullum habentes sustentaculum totum corpus
 quatiebatur. Deinde cum magno propuli risu homo euidebat in aquas.
 Sed complures aderant undique viri cum naviculis qui celeriter succur-
 runt lapsis et nutare uercentibus optularentur. Hoc modo certatum acriter
 est multis diebus et ascendendi studium ferrebatur, aliosque recedentibus
 accedebant alii. Ego quoque die quodam cum illuc spectandi gratia
 venissem, spectansque ad diuisiam fere horam et interea nemo intra
^{et abire iam}
~~villam~~ ^{aliam} capsi, cumque iam in ponte essens speculati: ecce quidam
 Iuuenis Gandavensis Dolarius a vico qui longa moenata dicitur ascendens
 una manu primum gradum apprehendit et ^{alteras} ^{manus} ^{secundum} ^{gradum}
^{paruum que presiliens}
~~gradu et sic habuit~~ latium gradum apprehendit et unum genu prosi-
 dit in primo gradu et sic habuit stabilimentum. Neque Domuncula crebra
 revolutione excutiebatur, neque viri qui intus erant depellebant eum.
 Sed toto propulo subilante et favente Domunculam intravit, et propositum
 procerum accepit. Ceterum in aliis locis qui ludibantur, non est michi
 plane compertum, nam illo tempore magis operam dedi bonis litteris
 quam huiusmodi nugis. Audivi tamen quod in curia Principis mulus
 erat quidam ferox et admodum et mordax qui propterea leoni quoties obiectus
 spectante propulo. Nam Gandari semper clausi in lacu leonis abeuntur. Cum
 igitur in locum spectaculo congruus leo mulusque fuissent adducti et a
 Magistris sollicitati sunt. Mulus quidam ferociter et pedibus terram sculpere
 et protervas calces factare. At leo causa terram verberare et terribile voce rugire
 deinde excussa fuba occurrit ad mulum cum impetu prioribus sublevis

1499

pedibus suis pellem cum carnibus multo detrahit, dorsumque multi ad
costas usque denudavit et procerus inusilem reddidit. Sed hoc habemus.

Encomium urbis Gandensis

ex J. R. Lamberino in ~~theatro~~ Regio Regum Hisp
Gandarum Flandriae est metropolis, ac pene totius Europae inter urbes
miraculum, suis viribus in hanc potentiam excrevit cui tantum
quo se factet superest, quantum totius Belgii urbibus Deest. Cujus
si amplitudinem, magnificentiam, politiam, gentisque indolem et
nobilitatem spectes, vix ullam invenies quam eam hac conferre queas.
Multis illa quidem rebus clarissima est, ~~et~~ summo ortus clarissimi
felicissimi Caroli Caesaris eam multo clariorem reddidit, certe de-
cens magnam et invictum Principem non nisi in magna et
invicta urbe nasci. Quae summa felicitas nobilissima huic urbi
citra aliarum urbium aemulationem non contigit.

1500

Gandari Archi- Anno Domini 1500 in festo divi Matthiae Apostoli mane ante horam
ducis Philippo quartam natus fuit Gandari Illustrissimus Princeps et Carolus filius
filius natus maximus primogenitus Illustrissimi Principis et Regis Castellae Philippi filii
Carolus postea Imperatoris Maximilianii. Quis autem ingenio tantus et eloquentia
Caesar nominis qui congrue enarrare possit euncta quae gesta sunt in hac tam gaudiose
Quintus felice sorte ipso Matthiae laetitia et tam proclara festivitate. Siquidem ut primum inter Ambices
Aprili memoria nunciatum est Principem esse natum, ecce tibi in equis pegasaeis multi
Saero die nascitur Veredari: per omnes urbis portas evolant in diversas regiones Regibus
Ipso die bissextili qui fuerit 5 februarii et Principibus laetissimum et optatissimum ^{allaturis} ~~ostendi~~. Sed quibus
feria 3

potissimum Ferdinando et Isabelle Hispan. regibus implevit profecto
 curas Hispaniam nova letitia. Ipsa Isabella Regina die natali
 nuntiato subdidit ex divinis litteris. Cecidit ira super Matthiam
 Patricium vanum non satitit neque conjectura falsa. Enim
 vero de incolumitate Michaelis Principis et ejus imbecillitatem
 exigua spes erat ac paulo post Granata obiit. Ejus plane
 obitu Philippus Archidux et uxor Castella et Arragoniae Principes
 dici capere haud dubio ^{hereditatis} ~~jure~~ indicioque. Praeterea, Maximilia-
 num avum patrum] pergit auctor, et statim per omnes opidi
 vicos et plateas lata vox populi jubilantis audiebatur et dicentis
 scitum Regina filium enixa est. Hic est nobis Princeps.
 Hinc statim in omnibus templis et sacellis volarum sonitu
 celeberrima tantum gaudium declarabatur, et accensis multis
 luminaribus hymnus Be Deum laudamus a sacerdotibus et
 Cantoribus cum jucundissimis organorum modulationibus
 canebatur. Interim cives ubique latari, unusquisque pro sua
 facultate testari letitiam, alii pyras in plateis construere,
 alii deferre ligna, alii faculas ardentis de fenestris exponere
 alii lampades quae piceis globis aluntur accendere, alii finalia
 lucentia deferre, alii sedas flammivomas exhibere. Hinc passim
 ludii, epulae, convivium agitari et omnia musicorum genera
 personare. Sed quoniam multi et magni hospites externi expec-
 tabantur venturi ad baptismi sollemnitatem multa passim
 mira quoque parabantur quandoquidem artifices ^{ubique} solliciti properare
 Architecti, Materialarii, Pictores, fabri ferrarii, fabri lignarii ubique
 festinare, Imprimis tamen cerarii, quia finalia valde multa

Martinus
 quidam summus
 Artifex pensilem
 stupendam altitudinis
 viam in aere
 a pyramide ^{di Nicolai}
 ad turrim usque
 civicam ex funibus
 tenioribus ⁱⁿ
 asseribus perduxit

 Eam ardentibus
 plenam facibus
 fuisse etiam
 Iulius Scribit

prospectabantur et consumebantur. Interea quidam tegulator audax et sceleratus
 spiritus nova quodam et penitus inaudita moliebatur. Is siquidem ascendit
 in turrim templi Divi Nicolai crucemque in summo vertice que stare
 solet deposuit, qua multis etiam diebus ibidem facit in cimiterio,
 atque in loco ubi Crux stare solet, malum prosicit magnam qualem naves
 magna ^{solent habere} ~~habent solere~~ et super malum collocavit rotam carri quam ex
 asseribus contabularit atque inibi nocturnis temporibus lampades (que
 spicis globulis aluntur) accensas et longis hastilibus impositas fovebat et ignis
 a longe videbatur. Proterea vir idem ille a Capitolio ad turrim usque predictam
 fecit de funibus magnis viam pensilem longe eunctis domibus supereminens
 ita quod una pars funium ad trabes annexa fuit in turri magno for-
 mine facto ad medium ferme turris, et altera pars funium innixa fuit in
 Capitolio. Porro ab utraque latere via predicta funes alios habebat exsertos
 paululum altiores veluti brachiola vel appendimenta funiculis annexos
 ne quis facile proster decidere. At vero pavimentum via stratum fuit asseribus.
 Haec omnia sumptibus civitatis artifex ille parabat, pauculos admodum
 habens adutores videlicet uxorem suam aliquando et famulum unum
 aut alterum. In hac autem via et in circuito predictae turris innumerabiles
 larvae de chartis perlucentibus concinnata candelis intus ardentibus
 suspendebantur nocturnis temporibus quando principes externi urbem
 intrabant et quando puer ~~Carolus~~ Carolus Princeps baptizabatur.
 Interea multi mortales mirabundi suspicere tam mirabile commentum
 et perquam in aere tam sublimi suspensam. Unde quidam curiosus
 rem volens explorare ascendebat capitolium, quidam vero cum illic
 ascendissent viri illustres magno premioposito decerabant inter se dicentes